# DE PERFECTO CARDINALI S. R. ECCLESIAE LIBER.

IN QVO OMNIA QVÆ AD HANC MATERIAM PERTINENT Copiosissime tractantur.

Auctore Hieronymo Manfredo Iureconſ. Bonon.



Bononiæ, Peregrinus Bonardus Excudebat.
Facultate à Superioribus conceſſa. 1584.

# GREGORIO XIII.
## Pontifici Maximo.

HIERONYMVS MANFREDVS S.



VPERIORIBVS *Annis Summe Pontifex Librum de Cardinalibus euulgaui, vbi illa ferè omnia sum complexus, quæ ad iudicialia Cardinaliũ pertinent, supererat pars altera de Moribus pertractans post primum de Cæremonialibus iam multis annis editum ab olim Paride de Graßis Episcopo Pisaurensi, hanc absoluendam duxi, vt vniuersa materia Cæremonialium, Iudicialium, atq; Moralium, quæ ad Amplißimos S. R. E. Cardinales, & Principes seculi spectat, patefaciat Mundo, neq; vllum mihi tempus cõmodius adfuturum putaui, quàm si te vniuersæ Christianæ Ecclesiæ moderatore, atq; Duce Optimo prodiret. Tu enim virtute, atq; exemplo ad bene, beateq; viuendum omnes inuitas, illosq; in primis, qui tuorum consiliorum participes asiduè quid agas, quid cogites, intuentur. Quemadmodum igitur in te vno exemplari omnibus numeris absoluto veræ prudentiæ, & sanctitatis,*

*tatis, quo pacto vitam suam instituant, cernere possis, sic in nostro Libro, quem de Perfecto Cardinali appellare libuit, quid eos sequi, quicquid vitare deceat, facile admodum intelligẽt; eum, qualis, qualis fuerit, tibi etiam dicatum volui. Nam prǽterquàm quòd caput illorũm es, quibus hæc scribimus, mihi etiam causa, & auctor operis fuisti, Quid hoc est? ita sanè apud Platonem legimus. Quales sunt Principes in Republica, tales reliquos solere esse ciues, in te ipsum conuersi sunt omnium oculi, te vnum imitari cupiunt, nemo est in aliqua arte, vel mediocriter eruditus, qui nam aliquod adiumentum hominibus afferre studeat, meditetur, cogitet, vt se totum ad virtutis tuæ effigiem componat. Ego quidem cum te Christianæ Republicæ in summa difficultate præpositum à Deo Maximo viderem, vt quietis, & tranquilitatis publicæ auctor esses, nihil cum haberem aliud, quo tibi animum meum significarem, qualis ingenij mei imbecilitas tulit, librum ipsum ad te defero, rogans, vt ea, qua effertur fronte accipias hilari scilicet, atq; libenti animo, quo te vindice omniũ optimo tutus in hominum manus exire posset; Quòd si tuæ Sanctitati laborem hunc meum non displicuisse cognouero, prope diem Tractatum contra Vgonotos, recentesq; Hereticos copiosum videbis, tibiq; vt spero iucundissimum: Deum igitur Opt. Max. oro, atq; obsecro, vt per multos annos etiam supremam dignitatem istam fortunet, diuq; Christianæ Ecclesiæ saluti te seruet incolumem.*


*Dat. Bonon. Quarto no. Iulij. 1584.*

MAXIMO

# CARDINALIVM S. R. ECCLESIAE COLLEGIO.

HIERONYMVS MANFREDVS

Præcatur fœlicitatem.



*IHIL in omni vita Amplißimi, ac Sapientißimi Patres Principes seculi amabilius, nihil suauius, quàm animos ita constituere, ita sensus omnes cohibere, & tamquàm freno ratione regantur, quòd equum, atq; laudabile ipsa imperauerit, libentissime exequatur, iniustum autem, atq; turpe quicquid esse ostenderit, illud summo odio prosequentes detestetur, abhorreant officij quisq; sui memor, hoc si quidem pacto neminem læderet, nemini insidiaretur, suo cõtentus non alienum quæreret, aut iniuriam inferreret, quin potius humanitate, ac beneuolentia cæteros homines perinde, ac fratres eodem patre Summo Deo genitos complecteretur, commodo, atq; vtilitate, si quando posset afficeret, quos Deus cæteris praeesse voluit honore prosequeretur, illis pareret, nunquàm disidia, aut seditiones ciuitatum, pestes, atq; in concor-*

*concordia exaudirentur, ac odium prorsus extinctum videremus, vbiq; ocium, & summa perturbationum omnium tranquillitas florerent; Hanc ob causam Sapientissimus ille Socrates ridere solebat, quòd per multi scientiam, quæ de natura est auidissimè sequarentur, illa autem, quæ de Moribus pauci admodum indignum existimantesq; homini alienum, qui parum ad nos attinet perscrutari, animum verò potiorem hominis partem incultam deserere, atq; vtinam, non hodie quisq; multos huiusmodi ridere possimus, quis enim in primis querit quo pacto vitam suam instituat, quis nam vile questum bonis quantum vis moribus ante ponit, quotusquisq; de vitæ integritate solicitus est? Quorsum istud? nimirum quod supra posui, rationis imperium sensus omnes detractãt, per pauci se ipsos nouerint, aut sibi ipsis imperant; Hinc tot tempestates, atq; procellæ apud varias gentes, quæ Ecclesiam propè obruunt quotidie oriuntur. Quamobrem à Deo Optimo, & à pijs Pontific. Maximis in Christiana Republica Principes omnibus estis præpositi, quoniam omni vestro conatu enitimini exemplo, atq; doctrina vniuersi Christiani gregis incolumnitati, atq; integritati consulere, hoc est verè sapere; hoc Dei voluntatem gerere, expurgare hominum mentes, vitia expellere, seditiones, atq; odia extinguere, bonos mores inducere, virtutibus præmia præponere, pacis deniq;, & quietis omnium conseruare, huc omnis disciplina; omnis exercitatio, omne vestrum versatur studium; vos fastu omni deposito, Christi Discipulorũ primi status humanitatẽ planè*


referre

*referre omnibus videmini, nulla ducimini consanguinitate, nullo amicitiæ iure à recto tramite deflectitis; vos in erogandis muneribus. virtutis, atq; præstantiæ rationem habetis, nemo à vobis benemeritus, cui parem gratiam retuleritis discedit, nemo itidem malus, qui non se iure expulsum fateatur; Quid amplius? ea prudentia, atq; integritate res singulas administratis, vt auream illam, quàm primis mundi temporibus fuisse ferunt etatem rediisse quisq; existimat, vbiq; pax & ocium Ciuitatum, populorumq; felicitas, quas quidem omnes, cum persepè summa cum voluptate cogitarem, non potui diutius, Librum, quem de Moribus Cardinalium scripserã post alterum meum de Iudicialibus Anno 1564. Amplissimo, atq; Maximo vestro Sacrosancto Senatui missum, dicaui, vt meam hodie erga vos omnes antiquam deuotionem repeterem, in quo tanquàm in tabella cernitis, sponteq; vestra omniaq; in hunc nostrum exposuimus, exprimitis; Complectamini itaq; Munusculum meum Religiosissimi, & potentissimi Principes hilari animo, quòd si vobis placebit, cæteris omnibus me satisfacisse putabo, sin minus, erit mihi habenda gratia, quòd vobis importunitate mea documento fuerim, nimiam humanitatem aliquando obesse solere, hoc vno postremo vos oro, vt non tàm operis lectionem, quàm animi significationem expendatis. Valete.*

*Dat. Bonon. Quarto no. Iulij. 1584.*

# AD CLARISSIMVM, ATQ; ILLVSTREM COMITEM *D. NICOLAVM CALDERINVM.* ARCHIEPISCOPATVS DIVI PETRI De Bononia Amabilissimum Canonicum.

## DE FELICITATE (VT AIVNT) D.D. CARDINALIVM S.R.E. Sermo Authoris.



OCRATEM *Philosophum, senem, pauperem, quem ob singularem, ac prope Diuini ingenij, Doctrinæ, probitatisq; præstantiam Illustri quadã apud Athenienses sapientiæ gloria claruisse cognoscitur, Religiosiss. Nicolae per conctanti curiosius cuidam, An Persarum Regem felicem opinaretur, respondisse tradunt, fieri posse, vt felix esset, Verum quoniam illius congressu nunquàm vsus foret, neq; qua vteretur mente dedicisset, eius se quoq; felicitatem ignorare prudens, profecto, grauissimumq; responsum, quo talis ille, tantusq; vir perspicuè moneret, felicitatem, quam plerių; in corporis fragilitate, fortunæq;, Blanditijs statuissent, non extrinsecus petendam esse, sed in veris, atq; solidis bonis*

** *positam,*

*positam, atq; locatam arbitrari oportere, etemim ea corporis omnia, quæ vulgo existimantur bona, Robur, valetudo, velocitas, forma, Dignitas, totaq; habitudo, aut morbida temperie, aut quadam alia extrinseca, maiore vi, aut vetustatis saltem rubigine, ac tabe languescunt, deficiunt, soluuntur, corruunt, dilabuntur, & pereunt, Externa verò, quæ in bonis censentur, Genus, educatio, soboles, Clientele, Agnationes Diuitie, principatus gloria, si quæ tandem ea bona sunt, aliena certe sunt, non cuiusq; propria, Quis Crasso clarior? Quis Xerse potentior? Quis deniq; Alexandro fortunatior? habuerunt verè Ingentes opes, Robur, formã, et cetera, siue corporis, siue fortunæ bona, Nihil omnino firmitatis, aut constantiæ, & momento perierunt, Quamobrem sapientißimus ille Salomon, nullum esse hnmanum bonum, aut appellari posse aiebat, quod fortunæ subiectum esset, hec eadem sententia non modo eum seruauit, sed etiam honore dignum apud Cyrum præstitit, cui Xersis potentia obscura est, qui in rapidißimis Helesponti, Bosphoriq; fluctibus, Atho pontibus superato vnius Themistoclis, prudentia fractus, fugatusq; vix vno ligno ignobilẽ seruitutem, Necemq; euasit, vt qui terræ, terror Mariq; fuisset, vel suis iã contemptui, ludibrioq; esset, At qui frustra bona, aut nostra dicimus, quibus non dignitatem, non decus tueri possumus, neq; opportunè, neq; pro voluntate uti, itaq; non ne abunde Bias ille perienensis, quem vnum inter septem sapientes grauem, prudentem numerauit antiquitas, eadem hac mente extitisse ostenditur, quippe qui*

*cum*

*cum sua secum omnia se portare respondisset satis, superq; declarauit, non Aurum, neq; argentum, reliquam vè pratiosissimam suppelectilem, quam quisq; habere posset, sed animi magnitudinem, constantiam, Grauitatem, Modestiam, Iustitiam, pietatem, omnemq; virtutem, quæ à ratione, & intimo mentis ductu proficiscitur, hominis bonum dicendum esse, nō eò in hanc venimus lucem, quò nihil omnino inter nos, ac cætera animantia interesset, ad maiora quædam, & diuiniora nati sumus, quæ si nobiscum volutare, meditariq; voluerimus intelligemus, quā ridendi sunt ij, quibus ea Imperent, quæ seruire debent, proinde Anazagoras Clazomenius non temere dicere aliquando consueuit, se malle esse, quàm non esse, quo, & cælum, & totius mundi ordinem animo metiretur, hic enim non in uoluptatis illecebris, vt Sardanapalus, eiusq; Sybaritæ sectatores nequißimi, posuit, Quanto ille rectius in ipsa, & virtutis integritate, vel diuitiarum rerū contemplatione, omnem bene viuendi felicitatem positam arbitraretur; Quare Clariß. Nicolae, cum ex eodem Socrate, qui corpore, fortunæ, bonis exultaret, quæreretur, quem nam felicem Iudicaret, eorum inquit neminem, quos tu existimas, enimuero quo pacto in bonis ducenda sunt, quibus homines flagitiosi, atq; imprudentes affluunt, et dementes al undantia ipsa, profectò Stoicorum illam præclaram sententiam verißimam esse censeo, solum id bonum Iudicandum, tenendum, amplectendumq;, quòd prudenter, & grauiter, quòd Iuste, ac piè, quòd constanter, & fortiter, quòd moderate &*

** ij manfue

*mansuete, quòd pudice, & continenter, quòd sapienter, & cum virtute agitur, Ergo felicitatis nomine dignus est, in quo virtutes ingentes, rerum gestarum gloria, & splendidissimis actionibus Illustratæ, claruerint, tales sunt Ampliss. S.R.E. Cardinales, ad quos nostra dirigimus scripta, Quoniam vel in doloris priuatione posita est felicitas, vt Diodorus dicebat, aut in honestate, & modestia, vt Callipus, aut in scientia, vt Herillus, aut in virtute, vt Zeno, & Stoici affirmant, aut deniq; in bonis corporis, & fortune, vt Aristipus attesta tur, hæc omnia abundantissime in ipsis, eorumq; singulis nominibus, atq; cognominibus inferius veraciter nominandis coniuncta conspiciuntur, verum hæc mundi sunt, in quibus aberrarunt Philosophi, & cæteri supradicti viri sapientissimi, summum bonum, summamq; felicitatem in alio seculo minime expectantes, qui futuræ vitæ spem nullam habuere mortalem animam existimantes, Nos autẽ Catholici Philosophi summum bonum, summamq; felicitatem, neq; in terra, neq; in sensu, sed in Cælo, & Deo quærimus, in eoq; satian das mentes nostras existimantes, Quia natura ita nos instituit, vt cælum aspicientes illuc aspiremus, sicut est illud poeticum, os homini sublime dedit Celumq; videre iussit, & erectos ad sidera tollere vultus, Quamobrem quantò magis immersus est homo, tantò est quãdoq; ab ipso cælo remotior, qui alioqui eò beatior existit, quanto Angelicæ, Diuinæq; naturæ magis, ac magis adhæret, abhorens voluptates, & bona eius sæculi, spiritualibus fruens, summæ nempè felicitatis est vi-*

*dere Deum in sua natura, & eius perfrui bonitate; & gaudia nostra mẽtis erũt, hac satiabimur, hac implebimur, Nũc enim videmus per speculum in enigmate; vt inquit Doctor gentium paulus, tunc facie ad faciem, (teste Iob) in facie Domini videbimus lumen, & satiabimur, cum apparuerit gloria eius, Ad eam itaq; summam felicitatem consequendam non solum Cardinales S.R.E. patres, & principes seculi hoc nostro Libro de Perfecto Cardinali cohortamur, quorum est maior cura conseruandæ felicitatis, sed etiam omnes Christi fideles, qua non latet, non esse condignas passiones huius seculi ad futuram gloriam, quam præparauit nobis Deus, scimus enim, quod omnes morimur, omniaq; nata occidunt; atq; orta senescunt, Breuis est prosperitatis cursus, citò cupiditates transeunt, nulla est potentia longa, clara nominis gloria citò finitur, & in tempus deficit, nihil est inter mortales nõ mortale, Breue est omne, quod viuimus æuum, quotusq; hodie reperitur, qui centesimum videat Autumnum, quotus, qui octuagesimum impleat annum, vita nempe hominis, vt inquit profeta, in ipsis septuaginta annis, in potentatibus aliquando ad octuaginta progreditur. Vlterius quid nisi labor, & dolor, angustissima est ergo vita hominis, & incerta, mille interim instant in omnes horas pericula, mille mortis facies vitæ nostræ insidiantur, hic minima res cursum nostrum interrumpit, quoniam alieno hic arbitrio sumus, nempe vocat nos Deus, quando vult, & vbi vult, & cum minime credimus, tunc citatione peremptoria vocamur, à qua nemo mortalium pro-*

uocat, aut contradicit, & post hanc vitam aliam habemus, in qua vel dolemus semper, vel gaudemus, cum aut ad gloriam, & summum bonum resurgimus, aut ad penam aeternam, quoniam in caelo plena est felicitas, apud inferos plena miseria, & cum eò ventum erit, nihil iuuabit gloria, & felicitas, atq; fama huius seculi, quae praecesserunt, nam que famae voluptas in cruciatu esse potest, qua dulcedo gloriae in doloribus, dura est, vox certe eorum, qui in Tauro phalaridis, Beatitudinem esse dicunt, quapropter per Mandata Dei, virtutes, & bonos mores hoc nostro Libro fusius explicita ad summam peruenimus felicitatem, ex quibus nobis mortalibus magna inest cupiditas, Ideò tu quoq; Nicolae vir Religione, sapientia, modestia, pietate, atq; cognitione optimarũ rerum, & experientia admirabilis, ac etiam in studiosos omnes humanißimus ad hanc aspiras felicitatem, quoniam Dei mandatorum es accurratißimus obseruator, & non de his, qui confitentur se nosce Deum, & parere mãdatis eius factis autem negant, continuo oblectantes, in vanitatibus huius seculi, diligentes terrena, & celestia reijcientes, non curantes animarum salutem, quibus in aeternum uiuimus cum Deo Opt. Max. qui nostrum est summum bonum, & consumata felicitas, releuans misteria, mutans tempora, trãsferrens regna, vt vniuersi Principes terrae, & omnes populi cognoscant, quod Dominatur excelsus in regnum hominum. Vale.

Dat. Bonon. Quarto no. Iulij. 1584.

Nomina

*Nomina verò amplißimorum Cardinalium S. R. E. sunt Alexander Farnesius, Decanus, cuius Altißimum consilium, & acerrimum Iudicium apertißime præseferunt, vt comendatione non egeat, Princeps est, non modo formidabilis ob excellentiã muneris, verum etiam desiderabilis, & amabilis, ob benefitiorum gratiam in omnes homines.*

*Iacobus Sabellius in audiendis hominibus facilis, in obeundis negotijs diligens, atq́ in rebus omnibus integer, & fidelis, vt iure optimo nihil in his quæ ad Ecclesiam Romanam pertinent sine suo consilio, aut industria fieri posse videatur.*

*Ioannes Antonius Sorbollonus insignis iustitiæ, Religionisq́ cultu, atq́ gestarum rerum monumentis clarißimus.*

*Antonius Granuellanus Amplißimæ administrationis, rerumq́ experimento celleberimus, atq́ omnium existimatione integerrimus.*

*Ioannes Franciscus Gambara Amabilißimus, qui infimis, medijs, atq́ supremæ sortis hominibus satisfacit, vt nemo tantæ munificentiæ memoriam deponet.*

*Alfonsus Gesualdus, incredibili morum integritate admirandus, omnibusq́ se iustum, & pium præbet.*

*Georgius de Arminiaco, singularis industriæ, fidei explorate, ac Princeps morum maxima grauitate, & sapientia.*

*Carolus Barbonius, suis sibi subditis, quasi proprijs membris prospicit, vt in bonis proficiunt, ne ve in malis collidantur.*

*Carolus*

*Carolus Bonromeus peccatorum charitatiuus correptor, ergaq; Christi fideles offitiosus, vt apud omnes Religionis, pietatis, ac doctrinæ æterna monumenta sibi relinquet.*

*Marcus Sitichus, virtute, modestia, atq; animi constantia apud omnes celeberrimus.*

*Nicolaus Caietanus singularis, & admirabilis, atq; omni genere virtutis perfectus.*

*Enricus Aualuos, integritate, & religione floret, prudentia, atq; iustitia corruscat.*

*Marcus Antonius Columna sapiens, animiq; fortitudine admirandæ magnitudinis.*

*Ptolomeus Gallius magni nominis, & tam laudatæ virtutis, vt alienis præconijs non indigeat.*

*Prosper de S. Cruce, tam magni intellectus, & consilij vir, quòd non solum ad adiuuandas litteras, sed ad omnes præclarißimas res natus esse videtur.*

*Ioannes Franciscus Commendonus elegantißimus, eruditißimus, optimusq; virtutibus ornatißimus.*

*Guido Ferrerius, fide, probitate, & affabilitate clarissimus.*

*Gulielmus scerleta, & felix. Ferretus viri tùm sanè litteris Grecis, tùm Latinis, tùm Hebraicis, et pariter adeò eruditi, sacrarum etiam litterarum lectione supramodum exercitati, vt illis ipsis satis honestata esset Respublica Christiana, & si omnibus alijs esset penitus destituta.*

*Gabriel Paleottus erga egenos, & amicos charitate obsequen-*

*sequentissimus Diuinæ, & humanæ scientiæ eruditissimus.*

*Michael Bonellus studiosos tantis beneficijs prosequitur, virtutibus illustratus, & in loco adeò excelso positus est, vt nullo egeat prædicatore.*

*Ludouicus Madrucius elucet omni virtute, probitate, integritate, & innocentiæ vitæ.*

*Nicolaus de Pelue, genere, moribus, uirtutibus, atq; rebus præclarè gestis nobilissimus, & præstantissimus.*

*Iulius Antonius Sanctorius Diuinarum, humanarũq; scientiarum integerimus cognitor, & summus praticus.*

*Petrus Donatus Cæsius, sapiens in Gubernando, diligens in apparando, celerq; in conficiendo penè diuini ingenij incredibili accumine.*

*Carolus Dangannes eos maiori dilectione prosequitur, quos promoueri benefitia nouerit, quàm qui sibi munera offere festinat, quoniam huiuscemodi elargitione debitores sibi ipsis faciunt, illi verò Deum sibi retributorem reddunt.*

*Hieronymus Rusticucius multiplicis disciplinæ, & ornamentum virtutum omnium.*

*Ioannes Hieronymus Albanus, Canonum, & Legum eminentissimus, & proculdubio in tota Europa Iuristarum nemini secundus.*

*Philippus Boncompagnus vitæ splendore, omni genere virtutis, offitij, humanitatis studiosissimus, vt prorsus florens ornamentis omnibus clamores vndiq; facit.*

*Hieronymus Simoncellus ingenio excellens, cognitioneq;*

*tatis, quo pacto vitam suam instituant, cernere possis, sic in nostro Libro, quem de Perfecto Cardinali appellare libuit, quid eos sequi, quicquid vitare deceat, facile admodum intelligēt; eum, qualis, qualis fuerit, tibi etiam dicatum volui. Nam praeterquàm quòd caput illorum es, quibus haec scribimus, mihi etiam causa, & auctor operis fuisti, Quid hoc est? ita sanè apud Platonem legimus. Quales sunt Principes in Republica, tales reliquos solere esse ciues, in te ipsum conuersi sunt omnium oculi, te vnum imitari cupiunt, nemo est in aliqua arte, vel mediocriter eruditus, qui nam aliquod adiumentum hominibus afferre studeat, meditetur, cogitet, vt se totum ad virtutis tuae effigiem componat. Ego quidem cum te Christianae Republicae in summa difficultate praepositum à Deo Maximo viderem, vt quietis, & tranquilitatis publicae auctor esses, nihil cum haberem aliud, quo tibi animum meum significarem, qualis ingenij mei imbecilitas tulit, librum ipsum ad te defero, rogans, vt ea, quâ effertur fronte accipias hilari scilicet, atq; libenti animo, quo te vindice omniū optimo tutus in hominum manus exire posset; Quod si tuae Sanctitati laborem hunc meum non displicuisse cognouero, prope diem Tractatum contra Vgonotos, recentesq; Hereticos copiosum videbis, tibiq; vt spero iucundissimum: Deum igitur Opt. Max. oro, atq; obsecro, vt per multos annos etiam supremam dignitatem istam fortunet, diuq; Christianae Ecclesiae saluti te seruet incolumem.*

*Dat. Bonon. Quarto no. Iulij. 1584.*

# MAXIMO CARDINALIVM S. R. ECCLESIAE COLLEGIO.

HIERONYMVS MANFREDVS Præcatur fœlicitatem.



*IHIL in omni vita Amplißimi, ac Sapientißimi Patres Principes seculi amabilius, nihil suauius, quàm animos ita constituere, ita sensus omnes cohibere, vt tamquàm freno ratione regantur, quòd equum, atq; laudabile ipsa imperauerit, libentissime exequatur, iniustum autem, atq; turpe quicquid esse ostenderit, illud summo odio prosequentes detestētur, abhorreant officij quisq; sui memor; hoc si quidem pacto neminem læderet, nemini insidiaretur, suo cōtentus non alienum quæreret, aut iniuriam inferreret, quin potius humanitate, ac beneuolentia cæteros homines perinde, ac fratres eodem patre Summo Deo genitos complecteretur, commodo, atq; vtilitate, si quando posset afficeret, quos Deus cæteris præesse voluit honore prosequeretur, illis pareret, nunquàm disidia, aut seditiones ciuitatum, pestes, atq; in-*

*concordia exaudirentur, ac odium prorsus extinctum videremus, vbiq; ocium, & summa perturbationum omnium tranquillitas florerent; Hanc ob causam Sapientissimus ille Socrates ridere solebat, quod per multi scientiam, quæ de natura est auidissimè sequarentur, illa autem, quæ de Moribus pauci admodum indignum existimantesq; homini alienum, qui parum ad nos attinet perscrutari, animum verò potiorem hominis partem incultam deserere, atq; vtinam, non hodie quisq; multos huiusmodi ridere possimus, quis enim in primis querit quo pacto vitam suam instituat, quis nam vile questum bonis quantum vis moribus ante ponit, quotusquisq; de vitæ integritate solicitus est? Quorsum istud? nimirum quod supra posui, rationis imperium sensus omnes detractāt, per pauci se ipsos nouerint, aut sibi ipsis imperant; Hinc tot tempestates, atq; procellæ apud varias gentes, quæ Ecclesiam propè obruunt quotidie oriuntur. Quamobrem à Deo Optimo, & à pijs Pontific. Maximis in Christiana Republica Principes omnibus estis præpositi, quoniam omni vestro conatu enitimini exemplo, atq; doctrina uniuersi Christiani gregis incolumnitati, atq; integritati consulere, hoc est verè sapere; hoc Dei voluntatem gerere, expurgare hominum mentes, vitia expellere, seditiones, atq; odia extinguere, bonos mores inducere, virtutibus præmia præponere, pacis deniq;, & quietis omnium conseruare, huc omnis disciplina; omnis exercitatio, omne vestrum versatur studium; vos fastu omni deposito, Christi Discipulorū primi status humanitatē planè*


*referre*

*referre omnibus videmini, nulla ducimini consanguinitate, nullo amicitiæ iure à recto tramite deflectiri; vos in errogandis muneribus. virtutis, atq; præstantiæ rationem habetis, nemo à vobis bene meritus, cui parem gratiam retuleritis discedit, nemo itidem malus, qui non se iure expulsum fateatur; Quid amplius? ea prudentia, atq; integritate res singulas administratis. vt auream illam, quàm primis mundi temporibus fuisse ferunt etatem rediisse quisq; existimat, vbiq; pax & ocium Ciuitatum, populorumq; felicitas, quas quidem omnes, cum persepè summa cum voluptate cogitarem, non potui diutius, Librum, quem de Moribus Cardinalium scripserã post alterum meum de Iudicialibus Anno 1564. Amplissimo, atq; Maximo vestro Sacrosancto Senatui missum, dicaui, vt meam hodie erga vos omnes antiquam deuotionem repeterem, in quo tanquàm in tabella cernitis, sponteq; vestra omniaq; in hunc nostrum exposuimus, exprimitis; Complectamini itaq; Munusculum meum Religiosissimi, & potentissimi Principes hilari animo, quòd si vobis placebit, cæteris omnibus me satisfacisse putabo, sin minus, erit mihi habenda gratia, quòd vobis importunitate mea documento fuerim, nimiam humanitatem aliquando obesse solere, hoc vno postremo vos oro, vt non tàm operis lectionem, quàm animi significationem expendatis. Valete.*

*Dat. Bonon. Quarto no. Iulij. 1584.*

# AD CLARISSIMVM, ATQ; ILLVSTREM COMITEM *D. NICOLAVM CALDERINVM* ARCHIEPISCOPATVS DIVI PETRI De Bononia Amabilissimum Canonicum.

## DE FELICITATE (VT AIVNT) D.D. CARDINALIVM S.R.E. Sermo Authoris.



OCRATEM *Philosophum, senem, pauperem, quem ob singularem, ac prope Diuini ingenij, Doctrinæ, probitatisq; præstantiam Illustri quadã apud Athenienses sapientiæ gloria claruisse cognoscitur, Religiosiss. Nicolae per conctanti curiosius cuidam, An Persarum Regem felicem opinaretur, respondisse tradunt, fieri posse, Vt felix esset, Verum quoniam illius congressu nunquàm Vsus foret, neq; qua Vteretur mente dedicisset, eius se quoq; felicitatem ignorare prudens, profecto, grauissimumq; responsum, quo talis ille, tantusq; vir perspicuè moneret, felicitatem, quam pleriq; in corporis fragilitate, fortunæq;, Blanditijs statuissent, non extrinsecus petendam esse, sed in Veris, atq; solidis bonis*

** *positam,*

*positam, atq; locatam arbitrari oportere, etenim ea corporis omnia, quæ vulgo existimantur bona, Robur, valetudo, velocitas, forma, Dignitas, totaq; habitudo, aut morbida temperie, aut quadam alia extrinseca, maiore vi, aut vetustatis saltem rubigine, ac tabe languescunt, deficiunt, soluuntur, corruunt, dilabuntur, & pereunt, Externa verò, quæ in bonis censentur, Genus, educatio, soboles, Clientele, Agnationes Diuitie, principatus gloria, si quæ tandem ea bona sunt, aliena certe sunt, non cuiusq; propria, Quis Crasso clarior? Quis Xerse potentior? Quis deniq; Alexandro fortunatior? habuerunt verè Ingentes opes, Robur, formā et cetera, siue corporis, siue fortunæ bona, Nihil omnino firmitatis, aut constantiæ, & momento perierunt, Quamobrem sapientissimus ille Salomon, nullum esse hnmanum bonum, aut appellari posse aiebat, quod fortunæ subiectum esset, hec eadem sententia non modo eum seruauit, sed etiam honore dignum apud Cyrum præstitit, cui Xersis potentia obscura est, qui in rapidissimis Helesponti, Bosphoriq; fluctibus, Atho pontibus superato vnius Themistoclis, prudentia fractus, fugatusq;, vix vno ligno ignobilē seruitutem, Necemq; euasit, vt qui terræ, terror Mariq; fuisset, vel suis iā contemptui, ludibrioq; esset, At qui frustra bona, aut nostra dicimus, quibus non dignitatem, non decus tueri possumus, neq; opportunè, neq; pro voluntate uti, itaq; non ne abunde Bias ille perienensis, quem vnum inter septem sapientes grauem, prudentem numerauit antiquitas, eadem hac mente extitisse ostenditur, quippe qui*

*cum*

*cum sua secum omnia se portare respondisset satis, superq; declarauit, non Aurum, neq; argentum, reliquam vè prætiosissimam suppellectilem, quam quisq; habere posset, sed animi magnitudinem, constantiam, Grauitatem, Modestiam, Iustitiam, pietatem, omnemq; virtutem, quæ à ratione, & intimo mentis ductu proficiscitur, hominis bonum dicendum esse, nō eò in hanc venimus lucem, quò nihil omnino inter nos, ac cætera animantia interesset, ad maiora quædam, & diuiniora nati sumus, quæ si nobiscum volutare, meditariq; voluerimus intelligemus, quā ridendi sunt ij, quibus ea Imperent, quæ seruire debent, proinde Anazagoras Clazomenius non temere dicere aliquando consueuit, se malle esse, quàm non esse, quo, & cælum, & totius mundi ordinem animo metiretur, hic enim non in uoluptatis illecebris, vt Sardanapalus, eiusq; Sybaritæ sectatores nequissimi, posuit, Quanto ille rectius in ipsa, & virtutis integritate, vel diuitiarum rerū contemplatione, omnem bene viuendi felicitatem positam arbitraretur; Quare Clariss. Nicolae, cum ex eodem Socrate, qui corpore, fortunæ, bonis exultaret, quæreretur, quem nam felicem Iudicaret, eorum inquit neminem, quos tu existimas, enimuero quo pacto in bonis ducenda sunt, quibus homines flagitiosi, atq; imprudentes affluunt, et dementes abundantia ipsa, profecto Stoicorum illam præclaram sententiam verissimam esse censeo, solum id bonum Iudicandum, tenendum, amplectendumq;, quòd prudenter, & grauiter, quòd Iuste, ac piè, quòd constanter, & fortiter, quòd moderate &*

*mansuete, quòd pudice, & continenter, quòd sapienter, & cum virtute agitur, Ergo felicitatis nomine dignus est, in quo virtutes ingentes, rerum gestarum gloria, & splendidissimis actionibus Illustratæ, claruerint, tales sunt Ampliss. S. R. E. Cardinales, ad quos nostra dirigimus scripta, Quoniam vel in doloris priuatione posita est felicitas, vt Diodorus dicebat, aut in honestate, & modestia, vt Callipus, aut in scientia, vt Herillus, aut in virtute, vt Zeno, & Stoici affirmant, aut deniq; in bonis corporis, & fortune, vt Aristipus attestatur, hæc omnia abundantissime in ipsis, eorumq; singulis nominibus, atq; cognominibus inferius veraciter nominandis coniuncta conspiciuntur, verum hæc mundi sunt, in quibus aberrarunt Philosophi, & cæteri supradicti viri sapientissimi, summum bonum, summamq; felicitatem in alio seculo minime expectantes, qui futuræ vitæ spem nullam habuere mortalem animam existimantes, Nos autē Catholici Philosophi summum bonum, summamq; felicitatem, neq; in terra, neq; in sensu, sed in Cælo, & Deo quærimus, in eoq; satiandas mentes nostras existimantes, Quia natura ita nos instituit, vt cælum aspicientes illuc aspiremus, sicut est illud poeticum, os homini sublime dedit Celumq; videre iussit, & erectos ad sidera tollere vultus, Quamobrem quantò magis immensus est homo, tantò est quādoq; ab ipso cælo remotior, qui alioqui eò beatior existit, quanto Angelicæ, Diuineq; naturæ magis, ac magis adhæret, abhorens voluptates, & bona eius seculi, spiritualibus fruens, summa nempè felicitatis est videre*

*dere Deum in sua natura, & eius perfrui bonitate, & gaudia nostra mētis erūt, hac satiabimur, hac implebimur, Nūc enim videmus per speculum in enigmate; vt inquit Doctor gentium paulus, tunc facie ad faciem, (teste Iob) in facie Domini videbimus lumen, & satiabimur, cum apparuerit gloria eius, Ad eam itaq; summam felicitatem consequendam non solum Cardinales S.R.E. patres, & principes seculi hoc nostro Libro de Perfecto Cardinali cohortamur, quorum est maior cura conseruandæ felicitatis, sed etiam omnes Christi fideles, qua non latet, non esse condignas paßiones huius seculi ad futuram gloriam, quam præparauit nobis Deus, scimus enim, quod omnes morimur, omniaq; nata occidunt, atq; orta senescunt, Breuis est prosperitatis cursus, citò cupiditates transeunt, nulla est potentia longa, clara nominis gloria citò finitur, & in tempus deficit, nihil est inter mortales nō mortale, Breue est omne, quod viuimus æuum, quotusq; hodie reperitur, qui centesimum videat Autumnum, quotus, qui octuagesimum impleat annum, vita nempe hominis, vt inquit profeta, in ipsis septuaginta annis, in potentatibus aliquando ad octuaginta progreditur, Vlterius quid nisi labor, & dolor, angustißima est ergo vita hominis, & incerta, mille interim instant in omnes horas pericula, mille mortis facies vitæ nostræ insidiantur, hic minima res cursum nostrum interumpit, quoniam alieno hic arbitrio sumus, nempe vocat nos Deus, quando vult, & vbi vult, & cum minime credimus, tunc citatione peremptoria vocamur, à qua nemo mortalium prouocat,*

uocat,

*uocat, aut contradicit, & post hanc vitam aliam habemus, in qua vel dolemus semper, vel gaudemus, cum aut ad gloriam, & summum bonum resurgimus, aut ad penam aeternam, quoniam in caelo plena est felicitas, apud inferos plena miseria, & cum eò ventum erit, nihil iuuabit gloria, & felicitas, atq; fama huius seculi, quae praecesserunt, nam quae famae voluptas in cruciatu esse potest, quae dulcedo gloriae in doloribus, dura est, vox certe eorum, qui in Tauro phalaridis, Beatitudinem esse dicunt, quapropter per Mandata Dei, virtutes, & bonos mores hoc nostro Libro fusius explicita ad summam peruenimus felicitatem, ex quibus nobis mortalibus magna inest cupiditas, Ideò tu quoq; Nicolae vir Religione, sapientia, modestia, pietate, atq; cognitione optimarũ rerum, & experientia admirabilis, ac etiam in studiosos omnes humanißimus ad hanc aspiras felicitatem, quoniam Dei mandatorum es accurratißimus obseruator, & non de his, qui confitentur se nosce Deum, & parere mãdatis eius factis autem negant, continuo oblectantes, in vanitatibus huius seculi, diligentes terrena, & celestia reijcientes, non curantes animarum salutem, quibus in aeternum uiuimus cum Deo Opt. Max. qui nostrum est summum bonum, & consumata felicitas, releuans misteria, mutans tempora, trãsferrens regna, vt vniuersi Principes terrae, & omnes populi cognoscant, quod Dominatur excelsus in regnum hominum. Vale.*

*Dat. Bonon. Quarto no. Iulij. 1584.*

*Nomina*

*Nomina verò amplißimorum Cardinalium S. R. E. sunt Alexander Farnesius, Decanus, cuius Altißimum consilium, & acerrimum Iudicium apertißime præseferunt, vt comendatione non egeat, Princeps est, non modo formidabilis ob excellentiā muneris, verum etiam desiderabilis, & amabilis, ob benefitiorum gratiam in omnes homines.*

*Iacobus Sabellius in audiendis hominibus facilis, in obeundis negotijs diligens, atq; in rebus omnibus integer, & fidelis, vt iure optimo nihil in his, quæ ad Ecclesiam Romanam pertinent, sine suo consilio, aut industria fieri posse videatur.*

*Ioannes Antonius Sorbollonus insignis iustitiæ, Religionisq; cultu, atq; gestarum rerum monumentis clarißimus.*

*Antonius Granuellanus Amplißimæ administrationis, rerumq; experimento celleberimus, atq; omnium existimatione integerrimus.*

*Ioannes Franciscus Gambara Amabilißimus, qui infimis, medijs, atq; supremæ sortis hominibus satisfacit, vt nemo tantæ munificentiæ memoriam deponet.*

*Alfonsus Gesualdus, incredibili morum integritate admirandus, omnibusq; se iustum, & pium præbet.*

*Georgius de Arminiaco, singularis industriæ, fidei explorate, ac Princeps morum maxima grauitate, & sapientia.*

*Carolus Barbonius, suis sibi subditis, quasi proprijs membris prospicit, vt in bonis proficiunt, ne ve in malis collidantur.*

*Carolus*

*Carolus Bonromeus peccatorum charitatiuus correptor, ergaq; Christi fideles offitiosus, vt apud omnes Religionis, pietatis, ac doctrinæ æterna monumenta sibi relinquet.*

*Marcus Sitichus, virtute, modestia, atq; animi constantia apud omnes celeberrimus.*

*Nicolaus Caietanus singularis, & admirabilis, atq; omni genere virtutis perfectus.*

*Enricus Aualuos, integritate, & religione floret, prudentia, atq; iustitia corruscat.*

*Marcus Antonius Columna sapiens, animiq; fortitudine admirandæ magnitudinis.*

*Ptolomeus Gallius magni nominis, & tam laudatæ virtutis, vt alienis præconijs non indigeat.*

*Prosper de S. Croce, tam magni intellectus, & consilij vir, quòd non solum ad adiuuandas litteras, sed ad omnes præclarißimas res natus esse videtur.*

*Ioannes Franciscus Commendonus elegantißimus, eruditißimus, optimusq; virtutibus ornatißimus.*

*Guido Ferrerius, fide, probitate, & affabilitate clarissimus.*

*Gulielmus Scerleta, & felix. Ferretus viri tùm sanè litteris Grecis, tùm Latinis, tùm Hebraicis, et pariter adeò eruditi, sacrarum etiam litterarum lectione supramodum exercitati, vt illis ipsis satis honestata esset Respublica Christiana, & si omnibus alijs esset penitus destituta.*

*Gabriel Paleottus erga egenos, & amicos charitate obsequen-*

*sequentißimus Diuinæ, & humanæ scientiæ eruditißimus.*

*Michael Bonelius studiosos tantis beneficijs prosequitur, virtutibus illustratus, & in loco adeò excelso positus est, vt nullo egeat prædicatore.*

*Ludouicus Madrucius elucet omni virtute, probitate, integritate, & innocentiæ vitæ.*

*Nicolaus de Pelue, genere, moribus, uirtutibus, atq; rebus præclarè gestis nobilißimus, & præstantißimus.*

*Iulius Antonius Sanctorius Diuinarum, humanarūq; scientiarum integerimus cognitor, & summus praticus.*

*Petrus Donatus Cæsius, sapiens in Gubernando, diligens in apparando, celerq; in conficiendo penè diuini ingenij incredibili accumine.*

*Carolus Dangannes eos maiori dilectione prosequitur, quos promoueri benefitia nouerit, quàm qui sibi munera offere festinat, quoniam huiuscemodi elargitione debitores sibi ipsis faciunt, illi verò Deum sibi retributorem reddunt.*

*Hieronymus Rusticucius multiplicis disciplinæ, & ornamentum virtutum omnium.*

*Ioannes Hieronymus Albanus, Canonum, & Legum eminentißimus, & proculdubio in tota Europa Iuristarum nemini secundus.*

*Philippus Boncompagnus vitæ splendore, omni genere virtutis, offitij, humanitatis studiosißimus, vt prorsus florens ornamentis omnibus clamores vndiq; facit.*

*Hieronymus Simoncellus ingenio excellens, cognitioneq;*

*optimarum rerum scientissimus.*

*Alexander Rearius omni disciplinarum genere præstantissimus, ac longe omnium in dicendo eloquentissimus.*

*Claudius de Bauma, omnibus liberalibus artibus, optimisq; disciplinis præditus, atq; illustris.*

*Aloysius de Guisa, qui quantum sibi subditos potentia superexcedit, tãtum quoq; factis effulgere contendit, sibi enim persuasum habet, eum ab eo honestarum operationem postulari, quæ virium magnitudini pro portione respondeat.*

*Petrus Deua summa hominum admirationem excitans assequitur, vt appetitus rationi pareat, & quod omni loco, & tempore decet, amplectitur, & quod dedecet spernit, quo nihil est difficilius.*

*Guaspar Quaringa tanquàm Sol, cuius est opis illustrare radijs orbem, sic eius virtus est egenos miseratione tutari, veruntamen pius ille præclarior est, quia Sol noctium continuationi cedit, ille verò improborum rapacitati resistens, veritatis lumina iustitiæ abdita redarguit.*

*Antonius Carafa elucens humanitate, mansuetudine, religione, & probitate, vt in tantum virtutum genere is vincatur à nemine.*

*Ioannes Antonius Fachinettus, in omni offitio diligens, qui superatis impedimentis quibuscunq; omnia tandem facilè consequitur, nihil autem, quæ præsens videt, accidere videtur posse, quin ipse diuina quadam ingenij vi ante non præuiderit, in quo etiam singularem doctrinam, prudentiamq; noscunt omnes.*

*Ioannes Baptista Castaneus grauissimus, maximis functus magistratibus, moribus, virtutibus, atq; rebus praeclare gestis praestantissimus.*

*Alexander Medices munificentissimus, qui ad adiuuandos homines natus, in eam rem omne suum studium, ac operam confert.*

*Rodericus de Castro, in quo quid ipsius offitium primum conuenit, quid Regis, apud quem aliquãdiu degit, quid Maiestas Pontificis postulat pie, sanctéq; intelligit.*

*Franciscus della Gioiosa, optimarum artium studijs, atq; omni liberali, dignaq; hominum instructione, doctrina, & sapientia instructus.*

*Michael à Turre, vitae integerrimae exemplum, caeterisq; virrtutibus ornatissimus, omneq; consilium, cogitatum, dictum, aut factum, ad optimos mores conformat, omniaq; refert ad dignitatem, ad gloriam Dei, & hominum.*

*Iulius Cananus in bonis pius, humanusq;, atq; in rebus quanuis difficilimis mire diligens, & fortunatus.*

*Nicolaus sfondratus, cuius virtus, ac sincerae Religionis insignia, non modo intrinsecus ipsum enutriunt, sed delectabiliter claritatem nominis sui beatificant, quòd in ipsum vndecunq; altissimae mentis lumina conspiciuntur.*

*Antonius Maria Saluiatus nihil in vita non egregium, non excellens, aut illustre cogitat, facit, & exequitur.*

*Augustinus Valerius vir litterarum eruditione, vitae sanctimonia certatim ab omnibus cum diligi, tum venerari ma-*

*gnopere meretur.*

*Vincentiius Laurus, tùm ad causas publicas, tùm priuatas obeundas, ita animo, & consilio paratus, vt clarissimum; et spectatissimum virum rerum gerendarum appellant.*

*Philippus spinola Decus virtutis, probitatis, atq; doctrinae splendor.*

*Gregorius Rangiuil audit paupertate opresos, vt Dei auditum, apertum sibi reperiat, nempe nō obliuiscitur, qualis fuerit in suos conseruos, talem in eum Dominum reperiet.*

*Albertus Bolognettus grauis, & facundus, in quo omnia esse facile prospiciunt homines, que cadere in prudentissimū, & scientissimum virum possunt, qui quidem in difficilimis negotijs sapienter, & grauiter agit cum principibus viris.*

*Mathaeus Contarellus, cui nihil deest, quod ad naturam eximiam, & illustrem, ad singularem sapientiam, ad accerrimum ingenium, & ad omne genus officij pertinens, tàm ad bonum publicum quàm ad priuatum.*

*Aloysius Estensis speculum Munificentiae, qui nempè se illum diem perdidisse existimat, quo alicui non dederit benefitium.*

*Ferdinandus Medices, plurimae Doctrinae, charitatis, atq; religionis, omnibusq; praeditus virtutibus.*

*Philippus Vastauillanus cunctos comiter excipit, bonitateq; incomporabili omnes homines sibi deuotissimos reddit, & obnoxios.*

*Andreas Austrius apud quem latet, quod beneficientiae*

*opes*

opes in consumptibiles sunt, distribuendo enim acquiruntur, dispergendo congregantur; hæc munificentissime retibens, opem ab ipso implorantibus abundè largitur.

Albertus Austrius memor, quòd nutu Dei principatū obtinet, ideò bonis operibus illum imitatur, cum inter eos natus sit, qui benefitijs afficere possunt, non autem ex eorum numero, qui vbertate indigent.

Carolus Alothoringia salutis suæ custodiā existimat tutissimam nulla quemquam subditorum suorum iniuria lacessere, quoniam non iniuriari securitatem conciliat, Longè magis munerum collata ipsius in omnes largitio, que & tranquilitatem generat, & dilectionem erga suos non amitit.

Ioannes Vincentius Gonzaga ob inumerabiles suas virtutes, animiq; dotes ad ipsum colendum audaces omnes inducunt.

Carolus Borbonius cui non præterit, quòd nulla quidem re indiget Deus, ipse verò solo Deo, hunc igitur, cui nihil deest imitatur, misericordiā implorātibus liberaliter elargitur.

Simon Talliauia ad vnguem omnium petitionibus pro egestate satisfacit, non obliuiscitur, quòd profectò longè sanctius est, bonorum gratia etiam indignis ipsum misereri, quā ob indignos bonos meritis exhautorare.

Scipio Lancelottus habens vsum Canonum, & Legum, quia multa vidit, & legit, sibiq; rerum siluam comparauit, perfectus in omni genere sermonis, omniq; laude cumulatus.

Franciscus

*Franciscus Sforzia, probitate, modestia, atq; liberalitate apud omnes celebris, habens domitas libidines, & omnes coercet cupiditates, sicq; instructus animorum incendijs, semetipsum optimè regens iucundißime viuit.*



# FABIO MYRTO
## BONONIÆ PRÆFECTO
Religiosissimo.



VNERA Fune Furi, Ferienti Funera Fero
Frumentum Famei, Flumina Fluxa Facit
Furta Fugate Freto, Fortissima Fraude Fruenti
Frena Facit Fabius, Firma Fides Fidei.
Fabij Fama Frequens, Fulgentior Fulguræ Fębi,
Felsina Fulget, Fulgura Fama Facit.
Fælici Fabio Forti Fide, Fata Fauebunt,
Fortuna Faciet Fertiliore Frui,
Fabi Faue Famulis, Famulos Fac Fabi Fideles,
Fragmentis Facto Fertiliterq; Frui.



# PERFECTO CARDINALI
S. R. E. SCRIPTVRVS,
VISVM EST COMODISSIMVM
A RELIGIONE LIBRVM AVSPICARI,
Ne postea orationis cursus sit inhibendus;
Aut cum veluti faces lectori admoueris,
*repentè confrigescere patiaris:*
Accedit, quòd si quid hoc caput habet vtilitatis,
ea omnis ad illa, quæ dicturi sumus, intelligenda,
magnum attulerit adiumentum.

## DE RELIGIONE DD. CARDINALIVM.
## Cap. I.



VONIAM Cardinales Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Religiosissimi nuncupantur, [a] & per religionem Deo Domino nostro sapientię studio religantur, ideò primùm quod ad religionem attinet, tractemus.. Oportet in primis Cardinalem Sanctæ Ro. Eccl. facere voluntatem Dei, sicut voluntatem suam; vt Deus faciat voluntatem eius, sicut voluntatem suam: dispergereq; voluntatem suam, propter volun-

[a] Henric. Boit. in c. 1. dist. 39. nu. 15. nos lib. 1. de Cardinal. tit. de nominibus.

tatem Dei necessum habet: vt Deus aliorum dispergat voluntatem propter voluntatem suam: det operam, vt discat legem Dei: vt habeat, quod Epicuro respondere possit: cogitet coram quo laboret: quis sit dominus operis eius; qui mercedem ei rependat pro opere suo: caueat ne crassetur in sacris literis, & pro libito voluntatis ex quolibet quodlibet faciat; sed manere intra septa veterum sapientum studeat: neq; præsentibus soli bonis ad luxum abutatur, sed & in Domino suam portiunculam pauperibus tribuere, non sit immemor: quod argumentum religionis, & grati animi erit in Deum: sic etenim fiet, vt ille vicissim benignè, & affatim quibus indigebit, suppeditet. Nec satis est Cardinali nosecre voluntatem Dei, nisi illam moribus, & vita etiam exprimat: qui enim noscit voluntatem Dei, nec illam facit, percuti multis compertum habeat. Et regnum Dei (inquit Apostolus) non est in sermonibus, sed in voluntate: vnde illud Domini; [b] omnis qui audit sermones meos, & facit eos, assimilabo illum viro prudenti, qui ædificauit domum super petram, & descendit imber, venerunt

b Matth. 7.

flu-

flumina, flauerunt venti, & impulerunt domum illá, & non est prostrata; fundata enim erat super firmam petram. Sitq; notum Cardinali à Domino audienti sermones hos, & non facienti, sanè comparari viro fatuo ædificanti domum super arenam, descendit imber, flauerunt venti, venerunt flumina, & impegerunt in domum illam, quæ deiecta est, & fuit ruina illius magna. Quicunq; nempè Card. S. R. E. sapientia excedit opera, non religiosum esse S R. E sed est similis arbori, cuius rami multi sunt, radices verò paucæ: in quam cùm ventus irruit, eá radicitus euellit; atq; subuertit. Cæterum cuiusq; opera excedunt sapientiam, is nempe religione incensus, similis est arbori, cuius rami pauci sunt, radices verò multæ: in qua & omnes venti, qui in mundo sunt, si irruunt, veruntamen eam̃ non amouet loco suo. Card. igitur se ipsum præparet ad tantam dignitatem, discendo legem Dei: quæcunq; agit, propter Deum agat: cuius vera est religio. Qui verò habet diuinæ legis cognitionem, se hominé demum rectè perficit, absoluit, exornat, & decorat in conspectu Dei. Non abutatur sacris

 litteris

litteris ad vanam gloriam, & nominis ostentationem, & vt ventum alat, indeq; ditescat: Legem Dei reuereatur semper: quia quicũq; honorat legem, corpus eius ab hominibus honore afficitur. Quicunq; verò violat legẽ, corpus eius ab hominibus violatur. Et qui sibi comparat verba legis, vitam futuri seculi sibi comparat. Obseruet legem Dei propter paupertatem; quia tandem futurum est, vt eam obseruet propter diuitias. Quicunq; .n. legem negligit propter diuitias, tandem futurum est, vt negligat propter paupertatem. Meditationibus simul vacare legi diuinæ studeat, vt vera religione coronetur: iuxta illud Psalmi; [c] In lege Domini voluntas eius, *& in* lege eius meditabitur die ac nocte. Eumq; esse humilem erga omnes oportet, tam æquales, quàm inferiores: quòd si fecerit, plurimum mercedis assequi sit ei perspicuum: vnde sapiens; Minue negotia, & vaca legi: estoq; humilis spiritu coram quouis homine. Et si vacare volueris à lege, multa erũt, quæ te auocabunt: quòd si laboraueris in lege, multum tibi mercedis debetur. Beneq; Card. in omni rebus suis gerendis agere debet, vt bonum nomen

[c] Psal. 1.

nem assequatur, tamquàm coronam, sciatq; tres esse coronas; corona legis, corona sacerdotij, & corona regni. Corona autem boni nominis ascendit super omnes. nempè hoc ipsum cogitet: sic instituat ipsius vitam in mundo: vt dignus fiat fælicitate futuri seculi. Incumbat virtutibus, quibus dignus fiat in futuro seculo. vnde sic ait sapiens; Mundus similis est vestibulo ante seculum venturum: Præpara te ipsum in vestibulo, vt intrare possis triclinium. Et qui parat in vespera sabbati comedet in ipso sabbato: qui verò nihil parat in vespera sabbati, nihil comedet in ipso sabbato. Et dum viuimus, meditemur vitæ emendationem, nec in seculum differamus futurum: quia tunc nullus emendationis locus est. Sed vel eterna præmia, vel pœnas expectare oportet. Reddet enim Dominus vni cuiq; secundum opera sua. Et cum nobis est tempus faciendi sementem, tunc erit tempus messis. Dum igitur tempus habemus, operemur bonum. Melior etenim est vna hora refrigerij in futuro seculo, quàm tota vita præsentis. Cogitet æternæ felicitatis amplitudinem. Oculus enim (vt inquit scriptura) non

videt & aures non audiunt, & in cor hominis non aſcendunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe. In cauſa autem religionis maximè eſt timor domini: quoniam, vbi metus, nullus eſt, ibi nulla religio. Vnde Abraam: cogitaui mecum, forſan Dei timor non eſt in loco iſto, & interficiet me. Et Tobias: Quare habebis multa bona, ſi timueris Deum.[d] Timete Deum, qui poteſt corpus, & animam mittere in gehenam. Lento enim gradu ait Valerius, diuina procedit ira; tarditatéq; ſupplicij grauitate compenſat. Timeat Dei horrendum iudicium. Legem diuinam obſeruet, & rectè agat, ſeq; genitum mortalē agnoſcat: quia in hora, qua decedit homo ex hac vita, non comitantur homo, neq; argentum, neq; aurum, neq; lapides prætioſi, neq; marghari-tæ, ſed lex & bona opera. Sit fortis vt pardus; leuis ſicut aquila; velox ſicut hinnulus, & robuſtus ſicut leo, ad faciendam D. N. Iesv Christi voluntatem; qui in cœlis eſt. Rurſus omni die dicat diuinum officium ab Eccleſia inſtitutum: Sit religioſus multa beneficia conferat. Sit abundans pauperi, tollerabilis diuiti, infirmis largus, delicatis compatiens,

[d] Matth. 10. Deut. cap. 10. c. cui portio 12. q. 1. capit. veritatis. §. ergo de penit. deſtin. 22. ps. 2. & 3. ibi ſeruite dominum in timore, exaltate eū cū tremore. Sol. prou. 24. time dominū filij tui Eccl. 2. inqt ſapiens, qui vis permanſit in timore domini, & neglexit eum.

patiens,

patiens, fortioribus moderatus, pœnitentibus misericors, peruersis seuerus; & tandem bonis optatus. [e] Nullamq; aliam spem sibi proponat, quàm, vt abiectis vanitatibus Deum agnoscat, eiq; seruiat. Huicq; temporariæ in malis renunciet vitæ: & se rudimentis Iustitiæ ad cultum religionis instituat. [f] Hac enim conditione gignimur, vt generati nos Deo iusta, & debita obsequia præbeamus. Deum igitur Card. nouerit, eum sequatur. Hoc etenim vinculo pietatis obstrictus ipse est, & Deo religatus. Vnde ipsa Religio nomen accepit. Quicunq; S.R.E. Card. præceptis cœlestibus obtemperauerit, hic cultor est veri Dei. cuius sacrificia sunt mansuetudo animi. Vita innocens. & actus boni. Quæ omnia, qui exhibet, totiens sacrificat, quotiens bonum aliquid, ac pium facit. Itaq; in ara Dei, quæ verè maxima est, quæ in hominis corde collocata coinquinari non potest sanguine, iustitia imponitur, patientia, fides, innocentia, castitas, abstinentia. Hic est verissimus ritus: Hæc illa lex Dei est, & vt à Cicerone dictum, præclara, & diuina semper, quæ recta, & honesta iubet: vetat praua, & turpia.

e Hugo de claustro animæ lib. 1.

f Lactan. Firm. lib. 4. cap. 26. diu. institut.

Status

g Lact. Fir. lib. 6. cap. 1 & 2.

[g] Statur verò Cardinalis, habitu, & incessu, demonstratur, vt sit in eius ingressu simplicitas, in mottu puritas, in gestu grauitas, in incessu honestas, Dei autem cultus optimus est, idéq; sanctissimus, & castissimus: plenissimusq; pietatis: vt eum vbiq; & semper Card. pura, integra, incorrupta mente, & voce venerentur. [h] Quamobrem religio propaganda, quæ est iuncta cognationi naturę. Sic superstitionis stirpes omnes à Card. euelli oportet. Tantum autem studium antiquis non solum seruandæ, sed & amplificandæ religionis fuit, vt florentissima, tum opulentissima ciuitate decem Principum filij Senatus consulto singulis Hetrurię populis; percipiendæ sacrorum disciplinæ gratia traderentur. [i] Quamobrem quisquis se putat religiosum, nec cohibet linguam suam à malo, sed seducit cor suum, vana huius est religio. Religio munda, & immaculata apud Deum hæc est: Visere pupillos, viduasq; in calamitatibus eorum, & se sine labe seruare hoc seculo. [k] Religionem habe, inquiunt Periander, & Menander. Deum cole, & omnia facias diuinè, pro religione, & loquere, & disçere. Sic itaq; ad Card. pertinet, gratiam,

h Cicero. de natur. Deorum lib. 2.

i Cicero. de Diuin. lib. 2.

k Val. Max. lib. 1. Tit. de Relig. D. Iacob. in Ep. cap. 1.


gratiam, quam diuinitus accepit solicita mente tueri; fidē ostendere, integritatisq; desiderio ardere, pium esse, sæuitiam detestari, cunctis benignum, ad iram tardum, promptū ad misericordiam, in aduersis firmum, in prosperis humilem. Neq; inferiores despiciat. Oportet sapientem esse, in lege doctissimū, ne dicere valeat, tanq̄ legem sanctam ignoraui, bonum malum, & malum bonum. Deū timeat, & non homines. Plus de animarum salute curet, quàm corporis. Plus honorem Dei, quàm aurum diligat. Non sit personarū acceptator. Fugiat huius mundi scientiā, quia scientia mundi pleni in ipsa pereunt: quæ aliud non est, quàm thesaurū congerere, lucra acquirere, proximum decipere: mentiri, atq; iustitiam euertere, & similia in cunctis agere. Hæc etenim est sapientia huius mūdi, in his porrò tota vita nostra versatur: à quibus abstinere Card. exploratum sit. Dicatq; & cantet, sapientiam huius mundi stultitiam esse apud Deum. Superbiam amputet; oderit luxuriam, abhorreat à mendacio, despiciat auaritiam; ipsa enim patrem nescit, matrem ignorat, amicos perdit, & se ipsam

relinquit. Sit liberalis, Amet paruulos, homi nibus ad benè, beateq; viuendum consulat. Non auertat os à pauperibus, nec ceruicem erigat in populum. Hæc omnia ad veram Card. religionem pertinent. Et ab amplissimo patre, pro munere sibi in Ecclesia Dei iniuncto, summopere amplectenda: ne in ipsum dicat Dominus per Oseam, Visitabo populum meum, & iudices, & vias eorum, & cogitationes eorum, & reddam eis. Quàm verò horrendum sit incidere in manus Domini, quis ignorat? Legat Esaiam prophetam, ipsum obseruet: non cras, sed hodie agat, neq; tamen hodie, sed etiam nunc. Ambulet dum lucem habet, dum dies est. Ecce venit iam nox, quia venit iam mors, in qua non licebit ambulare. Cogitet quid ipse sit, & quo iturus. nempè parens suus prædicat mortuus: sepulchrũ clamat. At quid inquiunt? Fili terra es, & in terram ibis. Homo fui, & diues, vt tu: vbi modo ego sum, tu quoq; eris. Ecce igitur; vbi superbia, vbi honos, vbi magistralis cathedra, vbi diuitiæ, vbi potestates, O cinis, & puluuis omnia sunt. Current quicunq; occupati negocijs Reipublicę Xpianæ, vt hoc

ipsum faciant propter Deum. Tunc enim Deus dignos vos iudicabit multa mercede. videant ne legem transgrediantur. Considerent quid supra eis sit. Oculus videns, & auris audiens, & quòd omnia facta eorum in libro describuntnr. Ne sint tanquàm serui, qui Domino seruiunt ex conditione, vt recipiant mercedem: Sed tanquàm illi, qui non ex pacto seruiunt. Suam quisquis non auget doctrinam interibit. Et qui planè non didicerit, dignus est, vt occidatur. Quisq; proprij commodi gratia seruit, sub corona peribit. Porrò si multa præclara gesserint, à Deo multã mercedem accipient. Fidelis est enim Dominus laborum nostrorum retributor: qui reddit nobis premia laboris. Et nouerint, ꝙ merces eorùm est in futuro seculo. Tum deniq; sciãt Cardinales, qui primum locum post Pontificem tenent in Ecclesia Dei, atq; vniuersæ Christianæ Reipub. Consules, Patritij, Rectores, fundamenta, ac Principes existunt: vt pro animabus suis, & omnium fidelium pace, & æterna felicitate, hac religione, de qua hoc capite, & sequetibus disserimus ad amussim, decorati, atq; exornati sint.



## De Fide dd. Cardinalivm. Cap. II.



Sententia est Socratis præclarissima, nullam virtutem fide, aut maiorem, aut præstantiorem esse: à qua reliquæ omnes, tanq à Sole sydera lumen acceperunt: cunctis thesauris atq; opibus præferenda. Ita aduersaria eius perfidia omnia fœdat, atq; perdit. Nulla illi religio: nullum iusiurandum, nulla amicitia, nullum facinus inter homines grauius, nulla pœna; nullo supplicio expiandum. Apud antiquos illos tanto in pretio fides extitit, vt hostibus quoq; eá esse seruandam dixerint. M. Reguli nota est historia. Dicta fides, inquit Cicero, quia fiat, quod dictum est, non vt Sylla fecit, qui quatuor legiones Marij fide eius salutis data, obtruncari iussit. Non vt Campani; qui cum Messanam Vrbem in deditionem accepissét,

post modum splendore, & opulentia vrbis alle-
lecti, eam crudeliter diripuerunt. Sic & Par-
thi, Numidæ, Sarmathæ, & Aphri. At sint fi-
deles; fidelis M. Regulus. [a] Lygurgus: & qui
Hannoni hosti dixerūt: isto te periculo qui-
dem fides Pop. Rom. liberat. Pompeius sæpe
dicebat fidem se fallere nescire. Contra Cæ-
sar; si quid peccandum est inquit, Regni cau-
sa fieri potest. Sentētia quidem hostis Patriæ
potius, quàm parentis digna, & non modò in-
iusta, verum etiam impia: Sponsores enim
Deos habet fides. Hinc per sæpè apud Poëtas,
Dij vestram fidem. Et sanè nihil est, quo Rei-
publica diutius conseruetur. Euricratidas in-
terrogatus cur apud Ephoros singulis diebus
de promissis, & contractibus ius diceretur?
vt, inquit, nobis fides præbeatur: eamq; inter
hostes quoq; inuentam esse. Iugurta, ppter per-
fidiæ crimen iussu Marij in carcerem conie-
ctus, inedia consumptus est. Ixion apud infe-
ros rotæ alligatus, cum serpentibus vertitur.
Numa Pompilius Romanorum Rex, primus
fidei templum posuit, atq; sacra ei fieri publi
co sumptu instituit sine sanguine, atq; cæde:
eiusq; flamines albo panno operiri voluit, vt
fidem

[a] De quo Pōponius in l. post liminij ff. de capt. & post lim. reuers. Gugl. Ruuil. de Iust. & iur. tit. de Fide: cap. 1.

fidem rectam esse debere, atq; secretam osten deret. Qui verò illó deferebatur deuexo cur ru manum comprehensam gestabat; vt vbiq; fidem tutandam esse ostenderent: quoniam dextræ manus simul iunctę denarium efficiūt numerum, qui & maximè sacer, & perfectus est. Hinc propter candorem vestium, atq; mē tis cana appellabatur, aut quia in canis tantū hominibus reperiri soleat. Itaq; sic Poëta:

*Cana fides, & vestra Remo cum fratre Quirinus*
*Iura dabunt.* Et Flaccus;
*Et albo rara fides colitur, velataq; panno.*

Quòd si sacra etiam perscrutari licet, Abraā fide à Deo probatus est, cum filium immolaret. Et maximus ille vates Dauid dum aduersus hostem propugnare vellet? venio inquit, ad te cum funda in nomine Domini. Et in plerisq; alijs magnam fidei vim extitisse legimus: velut in Centurione, Cananea, Magdalena, Stephano: vt maior reperiri non posit. Nanq; qui fide caret, cum multis humanæ vitæ commodis carere necesse est. Nulla sine ea familiaritas, nullus vsus, nulla officia inter homines esse possunt. Nullum obsequium, non patronus, non cliens, non dominus, non

seruus

seruus. Nihil deniq; in tota vita iucundũ fue-
rit. Quamobrẽ Cardinales sint fideles opor-
tet: vt Dominus retribuat eis secundum iusti
tiam, & fidem illorum. [b] Credant in Deum
nostrum, & Christum eius Filium, & securi
erunt, ac cuncta euenient ipsis prospera.
[c] Quoniam oculi Dñi contemplantur vniuer
sam terram, & præbent fortitudinem his, qui
corde perfecto credunt in eum. [d] Sentiant de
Domino in bonitate, & in simplicitate cor-
dis, quærant illum; quoniam inuenitur ab
his, qui non tentant illum, apparet autẽ his,
qui fidem habent in eum. [e] Vnde illud, [f] Cre-
de Deo, & recuperabit te; & dirige viam tu-
am, & spera in illum. Nempè nullus sperauit
in Domino, [g] & confusus est. Quis enim per
mansit in mandatis eius, & derelictus est? aut
quis inuocauit eum, & despexit illum? Quo
niam pius, & misericors est Deus: & remittit
retributiones, & peccata, & protector est ani-
mabus exquirentibus se in veritate. Et alibi,
[h] In opere tuo crede ex fide animi tui. Hæc
est enim conseruatio mandatorum; qui cre-
dit Deo, paret mandatis: & qui confidit in il
lo, non minuetur. Et qui incredulus est infi-
deliter

b Reg. 1. cap. 26.
c Paralip. lib. 1. cap. 20.
d Paralip. lib. 1. 11. cap. 26.
e Sap. cap. 1.
f Eccl. cap. 2
g Eccl. cap. 2.
h Eccl. cap. 32

i Esa. cap. 11. deliter agit: [i] & in incredulitate sua morietur: [k] nec erit recta anima eius in semetipso. Iustus autem in sua fides viuet. [l] Vnde illud Mathei; [m] Modice fidei, quare dubitasti? Cardinales igitur si habuerint fidem, sicut granum sinapis, dicent monti huic, transi hinc, & transibit. Et nihil impossibile erit locum tenentibus Apostolorum Christi. [n] Non credant ad tempus; quia qui credũt ad tempus, etiam tempore tentationis recedunt: ij radices non habent. [o] Audiant verbum Dñi dicentis: Qui verbum meum audit, & credit ei, qui misit me, habet vitam æternam: & in in iuditium non venit: sed transit à morte in vitam. [p] Et Ioannes; qui credit in filium habet vitam æternam: qui autem non credit filio, non videbit vitam: Sed ira Dei manebit super eum. Et alibi; [q] Qui credit in me, etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis, qui viuit, & credit in me, non morietur in æternum. Sunt etenim Cardinales lucernæ ardẽtes; credant ergo in lucem, vt filij veræ lucis sint. Et Dominus; ego lux in mundum veni, vt omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. [r] Et quia vidisti me Thoma, credidisti: Beati

k Esdra lib. 3. cap. 15.
l Abacuc. capit. 2.
m Cap. 14.
n Matt. ibidẽ
o Luc. cap. 8.
p Cap. 3. & 5.
q Io. cap. 11.
r Io. cap. 12.

qui non viderunt, & crediderunt. [s] Credidit Abraam Deo; & reputatum est illi ad iustitiam. [t] Non sit fides eorum in sapientia hominum, sed in virtute Dei. [u] In omnibus obseruent scutum fidei, vt poßit omnia tela iniquißimi ignea extinguere. [x] Tunc omnia mũda erunt illis, iuxta illud, omnia munda mundis. Coinquinatis autem, & immundis, nihil est mundum. [a] Curent vt rectè agant, qui credunt in Deum. [b] Respiciant, ne forte in aliquo, cor malum incredulitatis appareat: quoniam sine fide impoßibile est placere Deo. [c] Credere enim oportet accedentem ad Deũ, quia est: & inquirentibus se remuneratur. [d] Non hæsitent in fide: Qui enim veretur, similis est fluctui maris, qui à vento mouetur, & circunfertur. [e] Probatio etenim fidei patientiam operatur. [f] Quid autem proderit, si amplißimi Patres Deo sint fideles, opera autem non habeant? [g] Nunquid poterit fides saluare eos? Quamobrem sicuti corpus sine spiritu mortuum est, ita fides sine operibus. Credentes verò exultabunt lætitia admiranda, expectantes finem fidei, & salutem animarum. [h] Tunc enim eos, qui fideles fuerint, Do-

s Io cap. 20.
t Paul. ad Roman. cap. 3.
u Paul ad Cor. 1. c. 2.
x Paul. ad Eph c. 6.
a Paul. ad Tit c. 1.
b Paul. ad Tit. c. 3.
c Paul. ad Heb. c. 11
d Paul. ad Heb. c. 11
e D. Iac. in Ep. c. 1.
f D. Iac. eodem loci supra.
g Iac. in Ep. cap. 2.
h Petr. 1. cap. 1.

i Apoc. c. 3. minus corona vitæ decorabit. [i] Et is adud De
uni plus habebit loci, qui plus attulerit non
k Aug. lib. de ouibus auri, sed fidei. [k] Nullæ etenim maiores diuitię;
nulli thesauri, nulli, honores nulla huius mũ-
di maior est substantia, quàm fides catholica;
quæ peccatores homines seruat: cæcis visum
restituit, infirmos curat, iustos efficit, pœni-
tentes reparat, Martyres coronat, Clericos
ordinat, Sacerdotes conseruat, & in hæredita
l August. de verb. Dñi te æterna cum Sanctis Angelis collocat. [l] Am
bulent per fidem, vt perueniat ad spem. Spes
non lætificabit in patria, quem fides non con
m Aug. sup. Io. ser. 18 solatur in via. [m] O thesauris omnibus opulen
tior fides, ò virtutibus corporeis omnibus fi-
n Aug lib. de virgin. des fortior; farmacis omnibus salubrior. [n] Ne
mo ex illis polliceatur inhonestum & si pro-
miserit, tollerabilius est promissum non face
o Amb. lib. 3 off. re, quàm obseruare, quod turpe est. [o] Nec
quisq; apud se dicat, ego iam credidi; saluus
ero: verum oportet cum fide opera coniun-
xisse. vera etenim fides est, quæ verbis, mori-
bus non repugnat. Non sint ex illis, vt ait Pau
lus, qui verbis confitentur se nosce Deum; fa-
p Gregor. in hom. super illud Marci qui verò non crediderit &c. ctis autem negant. [p] Vnde Ioannes, Qui dicit
se nosce Deum, & mandata eius nõ custodit,
mendax

mendax est. Tunc enim veraciter fideles erűt, si quod verbis promiserint, operibus præstent [q] In malis ergo promissis rescindant fidem, in turpibus autem mutent consilium. Quæ verò non nouerunt, incautè ne faciăt. [r] Postremò, quoniam eorű fides, etiam pro bona conscientia capitur, [s] ambulent non opulentissimi; sed nullius criminis sibi conscij, si quidem hac fortuna rectè quisq; eorű agere poterit. Cuius contrarium facinorosa conscientia instar vlceris in corpore pœnitẽtiam relinquit; animam lædit. At conscientiæ bonæ, & rectæ vitæ, multorumq; benefactorum recordatio iucundissima est; vt inquit Cicero.

q Greg. hom. 28.

r Isid. in synonymis, lib. 2. & 22. q. 3. cap. in malis.

s Cap. literas §. porrò de restit. spoliat. & in c. quoniã omne ex de præscript.

## De Sapientia dd. Cardinalivm. Cap. III.



Voniam sapientia est multarum, & admirabilium rerum scientia: primarű, & altissimarum causarű, diuinarum, & humanarum rerum cognitio: [a] de sa-

Teste Arist. 1. Eth. & 1. Metaph. atq; Cicero. lib. 4. Tusc. quest.

pientia amplissimorum Patrum, qui ad gubernacula animarum, & corporum Christi fidelium in vniuersa Ecclesia constituti sunt, hoc loco quàm breuissimè dicamus. In primis tria considerent, & memoria habeant semper: Primò vnde venerint; quò tandem sint abituri: & coram quo oportebit eos reddere rationem, veniunt ex guttula sordida, abituri ad locum pulueris, & vermium, Rationem autem reddent; coram Rege omniũ Regum, qui est Sanctus Deus. Quapropter sint sapientes in sermonibus, ne forte peccẽt peccatum, quod meretur exilium: & trãsferantur in locum aquarum malarum. Timeãt Deum, priusq; sapere discant: vnde Sapiens; Cuiuscunq; hominis metus, quem habet de peccato, antecepit sapientiam eius. Sapientia firma maneat, cuiuscunq; verò sapientia præcedit timorem peccati, sapientia illius nõ confirmabitur. Ecce timor Domini: ipsa est sapientia: & recedere à malo, intelligentia à Deo, cuiusq; & opera plura sũt, quàm sapientia eius, illius sapientia confirmabitur. Cuius verò sapientia amplior est operibus, illus sapientia non firmabitur. Eorum cogitationes

& stu-

& studia sint in verbo Dñi: ne facile obiectu rerum profanarum abducantur. Quòd si illorum causa quid mali acciderit, perinde erit, ac si ipsi illud admisissent. Cardinales verò, qui sapientiam, ac cognitionem diuinæ voluntatis assequuntur, dent operam, vt ipsam egregiè moribus, & vita exprimant. At si sapientes erunt, & prudentes: fortes, & iusti, hominibus nil iucundius, aut vtilius.[b] Sic .n. in libro Sapientiæ scribitur;[c] gloriam in vulgus adipiscor; & in conspectu potentiũ sum admirabilis. Quanto magis ipsi, qui & potentissimi nuncupatur.[d] Magna autem Reipublicæ negocia summo consilio agãt. Hinc Salomon, Qui agit omnia cum consilio, sapienter agit. Et Cicero;[e] Non velocitatibus, aut celeritate corporis magnæ res aguntur, sed consilio, auctoritate, & prudentia.[f] Bernardus, omnes iuxta Domini præceptum, inimici diligendi, sed ad consilium solum eligantur prudentes, & beneuoli. Non indignentur ab hominibus discere, hi tales sapientes sunt, vt dicit Psal.[g] Ab omnibus qui docuerunt me intelligentiam concepi: quia testimonia tua meditatio mea est. vnde Zo-

b Sap. 8.

c Sap. ibidem

d Io. And. in c. cũ olim de re iud. Nos lib. nostro de Card. in tit. de nomiu. decis. 66

e De senectute.

f In Ep. ad Henric. Archiep.

g 118.

ma

ma Rabbi, inquit, quis est sapiens; qui discit à quouis homine, Et qui vestrũ indigent sapientia postulent à Deo, qui dabit omnibus affluenter.[h] Sapientia vbi inuenitur? & quis est locus intelligentiæ? Nescit homo pretiũ eius, nec inuenitur in terra suauiter viuentium. Abyssus, dicit, non est in me, & mare loquitur, non est mecum. Vnde Salomon;[i] Ego sapientia habito in consilio, & eruditis intersum cogitationibus. Et capite sexto, clara est sapientia, quæ nunquàm marcesit: & facilè videtur ab his, qui diligunt eam: & inuenitur ab his, qui quærunt illam. ad quã adipiscendã purgent se ipsos à peccatis; quoniam in maleuolam animam non introibit sapientia.[k] Sapientes nullis nocent:[l] & beati qui inueniunt sapientiam, ac prudentia affluunt.[m] Vnde Bias Philosophus dicebat, quòd si sapientiæ forma oculis videri posset, ad amorem sui omnes maximè excitaret. Et Tullius:[n] Animus sapientis supra formam, non infra est delatus. Quamobrem felices sunt amplissimi Patres à Deo tam excelso dono decorati sapientia vtentes: infelices ipsa abutentes.[o] Vnde dictum: Accipite disciplinam

meam,

h Prouerb. 8. Tex. in c. legimus, 6. hinc etiã 33. dist.

i Prou. 8.

k Sap. 1.

l Cap. sapiẽs & ibi Archid. q. 1. & in c. quisquis 46 dist.

m Prou c. 3.

n Lib. 4. q. Tusc. iũncto com. Phil. Beroal.

o Archid. in c. multi 40 dist. & in c. reuertimini 16 q. 1.

meam, & non pecuniam. Doctrinam magis quàm aurum eligite, Melior est enim sapientia cunctis opibus, Preciosissima est; & omne desiderium ei non potest comparari.[p] Per sapientiam Reges regnant: legum conditores iusta decernunt: Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam.[q] Quare Cardinales possideant sapientiam, quæ auro melior est, & acquirant prudentiam, quæ preciosior est argento.[r] Sapientiam enim, & disciplinam qui abijcit, infelix est: & vacua est spes illius. Neminem diligit Deus, nisi qui cum sapientia inhabitat, est enim hæc speciosior Solé, & super omnem dispositionē Stellarū luce comparata inuenitur prior.[s] Neq; se seducant: si quis enim videtur inter eos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, vt sit sapiens. Sapientia enim huius mundi stultitia est apud Deum. Scriptum est enim comprehendam sapientes in iustitia eorum. Et iterū, Dominus nouit cogitationes sapientum.[t] Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet ab eo, qui dat omnibus affluenter: & non exprobat beneficia.[u] Et qui etiam sine Christo putat se sapientem esse, nō sanus sed æger.

non

[p] Prou.c. 8
[q] Prou. 8
[r] Prou. 18.
[s] Sap. c. 7
[t] Paul. ad cor. 1. c. 3.
[u] Iac. in Ep cap. 1.

x Aug. lib. de Ciuit. Dei, & habetur in 26.q.5. c. qui sinc.

a August. de vita beata.

b Hieron. cō tra Iouin.

c Ambr. in Ep. ad Simplicianum.

d Ambr. in Ep. ad Cōstanti. ep. 36.

e Greg. lib. 10. moralib. exponēs illud Iob. 12. diridetur iusti simplicitas.

non sapiens, sed stultus fiet.[x] Et sciat quisquis maiorem egestatem non inueniri, quàm sapientia egere. Cardinalis verò, qui non caret sapientia, nulla re indiget.[a] animum suum quocunq; velit, liberum transfert, & quod corpore non potest, cogitatione complectitur, & vbi etiam hominum inopia fuerit, cū Deo loquitur.[b] sit autem notum Card. sapiētes potestate non mutari: metu non frangi: in aduersis non mergi. Vbi enim sapientia, ibi virtus animi; ibi constantia, & fortitudo. Sapientes Card. semper ijdem sunt: non minuuntur rerum mutationibus, non augētur: nec vt paruuli fluctuant. Sed rectè manent in Christo, imbuti charitate, constantes in fide, & fulgent, sicut Sol iustitiæ.[c] Quocunq; accesserint, sua omnia secum ferunt: ac totius mundi possessionem habent; quoniam eo toto, quasi suo vtuntur.[d] In sermone liberi sint: nec sensa verbis operiant. Quæ falsa sunt, nó pro veris tueantur, vera, non, vt falsa, ostendant.[e] Nihil per ostentationem fingentes; veritatem semper diligant. A falsis verò abhorreant, omnibus absq; premio benefacientes. Iniurias æquo animo ferant; neq; illatas vlciscantur.

ſcantur. Pro veritate contumeliam patiantur: quamuis hæc bonorum ſimplicitas derideatur, & à mundi ſapientibus ſtultia habeatur. Quid enim in hoc mundo ſtultius, quam delicta non ignoſcere? nullam pro iniurijs acceptis iniuriam repundere?[f] Rurſùs ab omnibus etiam quæ neſciunt, libenter addiſcant. ſapientiores omnibus erunt, ſi ab omnibus diſcere voluerint: quemadmodum, qui ab omnibus acceperint, ditiores fiunt.[g] Audiãt Dei vocem: Diſcant iuſtitiam: Sacramentũ eorum natiuitatis noſcant, humana contemnant, diuina ſuſcipiant, vt ſummum bonum, ad quod nati ſunt, adipiſcantur. Sint ad omnem fortunam inuicti, intentiq;. Non ſi paupertas; non ſi luctus; non ſi ignominia; non ſi dolor impetum faciunt, pedem referant. [h] Sapientes enim viuunt, quantùm debent, & non quantum poſſunt: non enim viuere bonum eſt, ſed benè viuere.[i] Sapientes porrò aſſueſcunt futuris malis: & quæ alij diu patiendo leuia faciunt, iſti diu cogitando.[k] Non expectent, quæ euenire non poſſunt, nec præterita recordentur.[l] correpti ne iraſcantur: ne q; extollantur laudati. Nihil, quod eos pœni

f Greg. eo loci ſupra.

g Hugo de clauſtro animæ lib. 3. cap. 18.

h Seneca epi. 60.

i Sen. ep. 72.

k Sen. ep 77.

l Diog. laer. de vita, & morib. Philoſophorum.

tere poſsit, faciant. Quæ acciderint, non admirentur. Nihil ita expectent, quaſi certò futurum.[m] Sitq; poſtremo Cardinalium ſapientia in hoc vno, vt Deum cognoſcant, & colãt. Hoc noſtrum dogma, Hæc ſumma eſt, Nulla religio ſine ſapientia ſuſcipienda. Nec ſine religione probanda ſapientia. Si ſapientes, beati erunt. Non eſt ſapientia poſſeſsio præcioſior, ſapientia eſt vna, quæ mœſtitiã pellat ex animis: quæ amplisſimos Patres exhorreſcere non ſinit. quos ſapientes etiam natura locupletat. Et ipſi bonorum præteritorum grata recordatione delectantur. Quid eſt autem, non dicam in homine, ſed in cœlo, atq; in terra diuinitus, quæ cum adoleuit, atq; perfecta eſt, nominatur ritè ſapientia.[n] Igitur nõ paranda ab his ſolum, ſed fruenda etiam ſapientia eſt: Quoniam ea nihil eſt præſtantius. Sic itaq; Card. non ignorent canones: incumbant litteris ſacris; ſecundum Apoſtolum, qui inquit: Attende lectioni, & exhortationi doctrinę, & ſemper mane in eis. Aedificent cunctos tam fidei ſcientia, quàm operũ diſciplina.[o] Officia autem, quæ Hoſtiarijs, Exorciſtis, Accolitis, Pſalmiſtis, Lectoribus, Sub-

m Cic. 4. Tuſc. lib. vlt.

n Cic. lib. 1. de legib.

o Cap ignorantia 38. diſt.

Subdiaconis, Diaconis, Presbiteris, Archidiaconis, Episcopis, Archiepiscopi, Primiceris, Thesaurarijs competunt, [p] Scire tenētur: vt ignorantes, ipsi doceant, & errantes castigent, Sacrosq; Canones, & Scripturas diuinas secundum mandata optimè custodiant; atq; doceant Christi populum oportet; cum sint Summi Sacerdotes. [q] Quorum etiam officia respiciunt eloquia diuinitus tradita, scilicet vera diuinarum scripturarum disciplina, dicit Dominus omnipotens; in scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mecu. [r]

p De quibus in c. perlectis 25. dist.

q Nos lib. 1. de Card. tit. de Nominibus Decis. 55.

r c. omnes psalentes, 38. dist.

## De Constantia DD. Cardinalivm. Cap. IIII.



E Constantia acturus, commodùm mihi videtur à definitione eius ordiri. Nihil itaq; aliud eam esse dicimus, quàm constās quædam, & perpetua animi voluntas in re aliqua agenda, aut non, q̄ etiam Virgilius illo carmine expresit;

*Mens immota manet, lachrymæ voluuntur inanes.*
*Hinc constanter dicimus, constantissimè asseueramus.*

Constantes Card. illi appellantur, qui motum animi vultu non detegunt. neq; iustitia aliud est, quàm constans, & perpetua voluntas ius suum cuiq; tribuens. Addunt doctiores, in singulis quibuscunq; actionibus constantiam matrem esse, negligentiam nouercam: Fabulantur Poëtæ Achillem Physica quidem ratione, constantis hominis esse affectibus non vinci, dum à matre vndis stigijs immersum fuisse canunt. Sed clarius hoc idē ostendere visus est Cicernus athleta quidam; qui cum victor ornatus laurea domum rediret amicorum numero stipatus, Diogenes ad eum conuersus, non qui homines, ait, *cedunt* fortes sunt appellandi, sed qui animo, & cupiditatibus resistunt, neq; ferro, aut loris certāt, sed paupertate, dedecore, ignominia, exilio. Coronam iuuenis abiecit; linguamq; discedens præ dolore sibi dentibus abscidit. Constans Helena meretrix in cruciatu, ne Armodium, & Aristogitonem proderet patriæ liberatores: Quoniam Hipparcum tyrannum trucidasse accusabantur. Fortis Anaxarcus, cuius historia omnibus nota. Fortis Marius,

dum

dum crus ſecandum præbuit. Fortes Caſsius, & Attilius, quorum vnus in prælio oculum, manum alter amiſit: tamen forti animo hoſtes inſequi non deſtiterunt. Itaq; per ſummũ dolorem ingentem ſibi gloriam peperere. Hanc eandem virtutem veteres ſapientiam vocauerunt. quæ precipuè in Chriſtiana fide tuenda, & criminibus repræhendendis verſatur. Cuius quidem in Sacris litteris Cananea eſt Symbolum: quæ nunquàm petere deſtitit, donec eius filia ſalua eſſet. Paralyticus etiam, qui per tot annos aquæ motum expectauerat, tandem à Chriſto ſanatus fuit. Mirum eſt, quod de Phocione narratur; eum videlicet non riſiſſe, aut fleuiſſe vnquàm. Antigonus verò, cùm filius in pugna interfectus ei relatus fuiſſet, non modo lachrymas edidiſſe, ſed ne vultum quidem mutaſſe ferunt. Voluit tamen eum honeſtiſsimè efferri, ſicut ſtrenuum decebat militem. Themiſtocles patris exhæredationem æquiſsimo paſſus eſt animo. Notiſsima omnibus quanta conſtantia Saguntini fuerint: qui ne in manus hoſtium deuenirent, cariora quæq;, & ſe ipſos in ignẽ coniecerunt. Hoc ipſi edocti exemplo ita ani

mo

mo constitutos esse oportet, vt prius vitam, quàm fidem amittamus: neq; in iureiurando tantùm, verum etiam multo magis, si opus sit in Christi fide sustinenda. Sed cur non in Póéta Philoxeno præclarum audiamus exemplũ? Scripserat Syracusanus Dionysius Tragœdiã quandam sanè rudem, q̃ Philoxeno emendandam tradidit: is igitur, cum scriptionem animaduertisset, vna litura totam deleuit: iratus Rex pôëtam in carcerem detrudi iussit: Paulò post è carcere eductum iterum rogauit, quid ei de Tragœdia videretur; illum autem respondisse ferunt; Mitte me rursus in lautumias. Nimirum sentiens constanti viro carcerem nullum esse, nullos cruciatus, *quibus* adulatoris officio fungi cogatur. Homerus autem in primis à constantia Argiuorum regem laudat. Itaq; ipsum Agamemnonem appellat, quod apud nos valde stabilem sonat. Timonem Apolloniatem adeò constantem fuisse memorant, vt pateretur potius proditoris supplicia, & quidem iniustè, quàm ciues exorare vellet. Primum (inquit Seneca) argumentum est benè compositæ mentis, sibi constare, & secum morari. Angem quendam in

oiı carcerem

carcerem Leonidas coniecit, rogans, an eorũ, quæ fecerat, cum pœniteret (his enim contra Regem multa loquutus fuerat) minimè verò, constanti animo respondit. Luculli quidam miles Pomponius appellatus à Mithridate in pugna captus, multis acceptis vulneribus, cum rogaretur, ne seruatus Regis amicitiam negligeret; non faciam, inquit, nisi tu Rex Romanis amicus fueris. Sed & Sacræ litteræ huiusmodi exemplis scatent. Magna Iobi constantia. Petrus autem, & Ioannes rudes homines adeò constantes extiterunt, vt apud Iudeorũ Principes summæ essent admirationi. Dauid cum fratris admonitiones parui faceret, atq; in sententia permaneret, victoriam ex hoste retulit. Cuius rei veritatis magister nobis præceptum reliquit: ait enim; qui perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit: & illud; Nemo mittens manum ad aratrum, si retro aspexerit, aptus est regno Dei. Et aliud; stabunt iusti in magna constantia. Itaq; imitari Cardinales æquum est illos omnes, quos recensuimus, virtute ista insignes. Inconstantiã autem vbiq; fugere, cuius symbolum est aptissimum Sancti illius viri vxor, quæ dum vrbis

exitium

exitium fugeret, cum post se respexisset, in lapidem versa restitit. Senex Tobias quanuis oculis captus esset, nunquam tamen ex corde amare, & timere Deum destitit. Quod etiam Apostolos post Christi Ascensum in Cælum constanti animo præstitisse Christianis omnibus innotuit. Quamobrē Cardinales si constantes fuerint, omnia forti animo, quæ cadere in mundo possunt, despicient; & pro nihilo putabunt. [a] Res magnas, & excelsas sequātur oportet, & constantia vtantur. [b] Magna enim laus, & admirabilis videri solet, ferre summa constantia casus omnes, nec frangi fortuna aduersa. [c] Imperent constantia cupiditatibus suis, vt tandem liberis iubeāt. *Compescant* primum libidines, spernant voluptates, caueant ab ira; cóerceant auaritiam, & cæteras animi labes abluant. Tunc incipiēt alijs imperare, cum ipsi improbissimis dominis dedecori, ac turpitudini parere desierint. [d] Nil autem est quòd tàm deceat, quàm in omni re gerenda, consilioq; capiendo, seruare constantiam. [e] Et quę summa virtute, magnoq; animo ab ipsis fiunt, digna eis, & Deo nostro videntur. Quæ verò contra fiunt, ea vt turpia

[a] Cic. lib. 1. de fin. bonorum.
[b] Cic. Reth. lib. 3.
[c] Cic. ibidē.
[d] M. Tul. Cicer. lib. parad.
[e] Cic. lib. off.

turpia sunt, sic indecora.[f] Constantes enim & magnanimi habebuntur, non qui faciunt, sed qui propulsant iniurias: & qui nec ablata quicquàm sibi sentiunt, sed in eodem habitu sunt, quocunq; res cadant.[g] hiq; soli iudicabuntur constantes, qui temperantes, moderati & iusti sunt.[h] Ideò vt Sancti, carnem doment, virtutibus corruscent, spiritus roborent, terrena despiciant, & cœlestia appetent.[i] Quoniam iustorum constantia est nempè se ipsum vincere: proprijs voluptatibus aduersari; ac vitæ delectationes extinguere, & prosperitatis blandimenta contemnere.[k] In aduersis non cadant, in prosperis non subleuetur, & vera virtute constantes non temerè audeant; nec inconsultè timeant. vnde illud; viriliter agite, & confortamini, & nolite timere.[l] Et fortiter ferant quæcunq; dederit Deus; quoniam constantium pectora non languescunt, & illud etiam sapientis; Quisquis audacter periculum adit, recta quidem & lingua est, & mens firma certaq;. Coerceant prauas cogitationes: vt constantes existimentur, sicut dicitur;[m] Melior est ille, qui reprimit iram viro forti: & qui dominatur animo suo

E præ-

f Ibid. de off.

g Sen. ep. 34

h Lact. Fir. lib. 1. Diuin. instit.

i Greg. in Hom.

k Greg. lib. 1. moraliũ.

l Aug. in ep. ad Hier.

m Prou. 19.

n Gugl. benedic. inc. Rayn. in verbo testam. nu. 39 de test. ex.

præstantior est eo, qui cæpit vrbem, inquit sapiens; quis est fortis? qui cóërcet praua desideria. Non minas, non mortem timet. Constantia enim certè sui natura, & effectu fortunam superat. vnde Valerius; Fortiter, inquit, se in aduersis gerere, quid aliud est, quàm fortunam sæuientem in adiutorium sui prodere? Non optent pericula, vt constantes se ostendant: quæ porrò contigerint, validè sustineant.[n] Non sint, vt ait Seneca ad Lucil. dementes, vt ægrotare cupiant. tamen si ægrotandum fuerit, sufficiat, vt nihil inconstanter agant. Non enim pati tormenta optabile est, sed fortiter pati. Neq; cuiusq; rei veritate pectora vertant. Sint autem verè religiosi oportet. Quoniam deuota oratio multum ꝑdest ad fortitudinem.[o] Quod si patres amplissimi constantes, & fortes, vt decet, fuerint, primum timebunt Deum:[p] Fideles erunt:[q] Charitate flagrabunt:[r] Sapientes fient:[s] Iusti dabunt eleemosynas:[t] Orabunt:[u] se temperantes ostendent, & cóöperantes bonorum operum.[x]



o 1. Mach. c. 3. & in Luc. de pœn. ne st. in l. fortisis. C. de erog. mil. & an.

p Prou. 14. ibi in timore Domini fiducia fortitudinis.

q 2. Paralip 15 c. & Paul. 1. ad Cor. cap. 3.

r Esai cap. 30.

ſ Prou 23.

t In auct vt oës obediant Iudici in princ. col. 4. ibi nec fortitudinem quæ non est cū iustitia laudabimus. Prou. c. 22. Ibi victoriam & honorē acqrit, qui dat munera Autū .n. frangit portas adamantinas, vt dicitur Poly. lib. 5. c 9.

u Esod. 17 cū enim ibi leuaret manus Moyses vincebat Israel.

x Gregor. 3 moraliū.



## De Continentia dd. Cardinalium. Cap. V.



Egregia virtus est continentia temperantiæ species: quæ circa voluptates versatur; à verbo contineo dicta: eo quòd inuitum, & repugnantem teneat, & cupiditates cohibeat. Cuius virtutis præclarum exemplum, quanuis satis vulgatum Fabricij nobis se offert: qui Samnitum Legatis magnum argenti, atq; auri pondus sibi offerentibus (perspexerant enim domum illius ingressi, multa ad ornatum, & maiestatem tanti viri deesse) alacri animo, manibus ad oculos, ad nares, ad aures, ad ventrem, & pedes admotis respondit; donec his omnibus membris imperare potero, nihil mihi de futurum est: Propterea aurum ad Samnites referte; quoniam mihi nullo est vsui. [a] Existimabat siquidem diuitem esse, non qui multa

[a] Prou. 11. ibi homo in diuitijs perit, & à iustis côtem ni-

præſtantior eſt eo, qui cæpit vrbem, inquit ſapiens; quis eſt fortis? qui cóërcet praua deſideria. Non minas, non mortem timet. Conſtantia enim certè ſui natura, & effectu fortunam ſuperat. vnde Valerius; Fortiter, inquit, ſe in aduerſis gerere, quid aliud eſt, quàm fortunam ſæuientem in adiutorium ſui prodere? Non optent pericula, vt conſtantes ſe oſtendant: quæ porrò contigerint, validè ſuſtineant.[r] Non ſint, vt ait Seneca ad Lucil. dementes, vt ægrotare cupiant. tamen ſi ægrotandum fuerit, ſufficiat, vt nihil inconſtanter agant. Non enim pati tormenta optabile eſt, ſed fortiter pati. Neq; cuiusq; rei veritate pectora vertant. Sint autem verè religioſi oportet. Quoniam deuota oratio multum ꝓdeſt ad fortitudinem.[o] Quod ſi patres ampliſsimi conſtantes, & fortes, vt decet, fuerint, primum timebunt Deum:[p] Fideles erunt:[q] Charitate flagrabunt:[r] Sapientes fient:[ſ] Iuſti dabunt eleemoſynas:[t] Orabunt:[u] ſe temperantes oſtendent, & cóöperantes bonorum operum.[x]

[o] 1. Mach. c. 3. & 11 Luc. de pœn nest. in l. fortiſs. C. de erog. mil. & an.

[p] Prou. 14. ibi in timore Domini fiducia fortitudinis.

[q] 2. Paralip 15 c. & Paul. 1. ad Cor. cap. 3.

[r] Eſai cap. 30.


[ſ] Prou 23.

[t] In auct vt oēs obediant Iudici in princ. col. 4. ibi nec fortitudinem quæ non eſt cū iuſtitia laudabimus. Prou c. 22. Ibi victoriam & honorē acqrit, qui dat munera Autū .n. frangit portas adamantinas, vt dicitur Poly. lib. 5. c 9.

[u] Exod. 17 cū enim ibi leuaret manus Moyſes vincebat Iſrael.

[x] Gregor. 3. moraliū.





## De Continentia dd. Cardinalium. Cap. V.



Egregia virtus est continentia temperantiæ species: quæ circa voluptates versatur; à verbo contineo dicta: eo quòd inuitum, & repugnantem teneat, & cupiditates cohibeat. Cuius virtutis præclarum exemplum, quanuis satis vulgatum Fabricij nobis se offert; qui Samnitum Legatis magnum argenti, atq; auri pondus sibi offerentibus (perspexerant enim domum illius ingressi, multa ad ornatum, & maiestatem tanti viri deesse) alacri animo, manibus ad oculos, ad nares, ad aures, ad ventrem, & pedes admotis respondit; donec his omnibus membris imperare potero, nihil mihi de futurum est: Propterea aurum ad Samnites referte; quoniam mihi nullo est vsui. [a] Existimabat siquidem diuitem esse, non qui multa

[a] Prou. 11. ibi homo in diuitijs perit, & à iustis côtem ni-

nitur dicentibus. Ecce Princeps, qui non posuit Deum adiutoré suũ, sed sperauit in magnitudine diuitiarũ suarum, & confortatus est in vanitate sua. Prou. 17.

habet, sed qui modica cupit. Quid M. Curius? qui legatos illius populi eo modo habuit Nam cum offendissent illum in ligneo tripode sedentem, atq; apud ignem vescenté rapis, ingens, vt Fabricio fecerant, auri pondus obtulerunt, auro, inquit, non eget, qui hac cœna contentus est. malo locupletibus imperare, quàm locupletem fieri. Nec acie vinci, nec pecunia corrumpi ita affectus potest. Cum autem præclarissimus hic vir Pyrrhum Regem Italia expulisset, ex ea præda ne teruntium quidem ad eum peruenisse ferũt? quamquidem adeò magnam fuisse comperimus, vt milites omnes, atq; vrbem ditauerit. Neq; minori laude dignus est Paulus Aemilius: qui cũ Persam Regem profligasset, rem domesticam nihilo maiorem fecit. Egregiè satis admodum secum agi putans, si prædam, atq; opes alij, ipse verò solidam ex illa pugna militaris virtutis, & continentiæ gloriam referret. Subijciam, & aliud scitu non indignũ, quod in collationibus Cassiani reperimus: id est huiusmodi. Quidam inspecto Socrate, oculos eius mulierum corruptores esse coniecit. Hic Alcibiades dicitur cachinnum sustulisse

lisse; inquit M. Tullius, tùm Socrates; ex na turalibus causis vitia nasci posse affirmans, extirpantur, inquit, & penitus tolluntur voluntate, studio, disciplina. Locus est in Libro de Fato. Multorum sanè incontinentiam dictum illud arguit, Patere, & Abstine. Aut certè monet continentes nos esse debere. Secus verò comparamur, inquit Psal. iumentis insipientibus. Neq; verò Deus Opt. Max. alia de causa hebræos circũcisionem habere voluit, nisi vt populum illum continentiæ admoneret: Quare factum est etiam, vt delictorũ ortus, virili quoq; parte expiaretur: vt in posterum continentiores essent, libidini obsistendo. Quod si quis dicat continentiam aliam oris esse, aliam cordis, aliam factorum, fortasse non mala erit distributio, his etenim modis peccatur: nec aliud incontinentiam esse arbitramur, quàm fontem malarum cupiditatum; à quibus omnibus abstinebimus, si Chilonis dictum noscere voluerimus. Exerce, inquit, continentiam linguæ, itaq; oris est continentia, ne falsa, aut vana loquamur. aut quę cæteros lædunt. Cordis, ne iniusta cogitemus, vt Deo autori nostro pareamus. Postremo fa-

ctorum

ctorum videlicet; ne alijs faciamus, quod ipſi nobis fieri nolimus. Quî enim continentes appellari poſſumus, ſi non abſtinemus? Quãobrem rectè Epaminundas, Artoxerxis nomĩne ingenti pecunia ſolicitatus, vt ſibi amicus eſſet, pecunia, inquit, nihil eſt opus: ſi quæ eſt Reipub. Thebanorum, ſi rex voluerit, libenter illis morem geram, ſin minus, nullum mihi aurum ſufficit. Charitatem èquidem patriæ vniuerſi orbis diuitijs præponendam arbitror. Quod exemplum cum ijs, quæ ſupra retulimus, conferri poteſt. Ageſilaum Lacedæmoniorum regem à vino, & crapula, veluti à magno ſcelere abſtinuiſſe ferunt, & ſi qñ in conuiuijs ciborum aliquid plus æquo accepiſſet, inter milites eos diſtribuere ſolitus eſt: neq; vnquam domi ſuæ loquebatur, ſed aut in templis, aut in foro, vbi plures ſuæ virtutis teſtes habiturus eſſet. Quod ſi quis eſt, qui plura exempla in hanc ſententiam adijcere velit, ſit illi Cyrus perſarum Rex pro innumeris. Is enim virginem forma pulcherrimã intueri noluit, vt cum illi Araſpes dixiſſet, at qui forma eſt egregia: & ego, inquit Rex, propterea magis abſtinendum cenſeo. Simile

etiam

etiam Alexandri narrant; qui Darij Regis vxorem pulcherrimam ad se perduci minimè permisit. Maiorem in Scipione virtutē hanc fuisse legimus; qui virginem pulchritudine præstantem ad se perductam sponso, & patri inuiolatam dote addita, restituit. Qui quidē viri, admonent sine dubio quomodo sibi ipsis temperandum in media mollicie degentibus; videlicet, vt nulla magis virtute, quàm continentia, reliquis omnibus excellere studeant. Se ipsos igitur castos, & continentes custodiant: [b] & oculi eorum sint simplices, & corpora lucida. [c] Caueant à mulieribus, vt inquit Salomon. Vinum & mulieres depellāt sapientes. Non habeant oculos impudicos: Nempè oculi impudici cordium impudicitiam arguunt. [d] Et ipsorum oculi, si in mulierem inciderint, non ibi residere debent: non enim mulieres videre prohibemur, sed appetere, & ab ipsis appeti perniciosum est. [e] Quid enim continentia magis decorum, quæ mundum de immundo cōceptum semine: de hoste domesticum hominem; deniq; Angelum facit. [f] Continentia etiam pauperem commendabilem reddit: viuentem extollit; deformem

b Paul. ad Thim. 1. c.
c Matth. cap 6.
d Aug. de communi vita Clericorum.
e Greg. in registro.
f Bernard. in ep. ad Sen.

formem

formem redimit & exornat pulchrum. Hinc Iustinianus Imperator continentiam semper colendam esse censuit.[g] Porrò in ingenuis viris, nobilibus, & superillustribus: incontinentiam multò deteriorem esse, quàm in alijs secundum Gulielmum Benedicti.[h] Propter quàm etiam plures Reges fuêre à regno expulsi, ac interfecti. Cohibeant igitur ratione cupiditates, & potius mortem appetãt, quàm per incontinentiam animũ fœdari sinant.

g .l. si qua illustris C. ad Orficianum.

h In Repet. c. Ray. in verbo cuidã Petro tradiderũt nu. 69. ex. de Test.

## De Modestia DD. Cardinalium. Cap. VI.



Quantopere homines doceat modestia, adhibitis Iulij Cæsaris, Augusti, & multorum virorum exemplis satis ostendimus. Nulla sanè virtus est, quæ magis vnicuiq; homini, atq; ætati conueniat. Nulla enim vitæ pars, quæ laudanda sit, hac virtute carere debet. Quod quidem non modo à Philosophis accepimus, verum etiam ab ipsa hausimus natura. Et Apostolus idem nos docet,

docet, cum inquit; Modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Notum eſt illud Iulij Cæſaris, qui adulatori cuidam, qui Cæſarem Regem appellabat; Cæſar, inquit; ſum, non Rex. Atq; vtinam hanc eandem modeſtiam non voce tantum, verùm etiam re ipſa præſtitiſſet, Fortaſſe enim necem crudeliſsimã euitaſſet. Neq; Auguſtus dominum ſe appellari permiſit: quoniam dum ludi exhiberentur, vniuerſo populo Romano ſpectante, Mimus quidam, O inquit dominum æquum, & bonum: quam ipſe vocem vultu, manuq; reprẽ-ſiſſe prædicant: idemq; publico vetuit edicto. Præclaram hanc eandem virtutem in Quin. Fab. Max. extitiſſe ferunt, de quo dictum eſt; Vnus cunctando reſtituit rem. Hic cum dictator eſſet aduerſus Hanibalem, Minutium magiſtrum equitum ambitiosè nimis populi ſtudium quærentẽ, ſibi in eodem magiſtratu æqualem eſſe permiſit. Noua res, & inaudita, etiam cum Fabio malediceret, geſtaq; ab eo præclariſsimè morderet. Suadebat quidam Aelio Pertinaci, vt filiæ ſuæ Auguſtę nomen imponeret; filium autem Cæſarẽ appellaret. Tum ille ſufficit, inquit, me impera

re inuitum. Catoni cum Sardinia obtigisset, is seruum vnum ducens, qui vestem & turibulum ferret, nulla rheda, nullo ornatu alio, vrbem circũiuit. Claudio Neroni triumphum decreuerat Senatus, eo quod gloriæ Liuij Salinatoris particeps: & is equo insidens Liuiũ sequi maluit, quàm triumphum ducere. Metellus etiam Macedonicus omnem abse gestarum rerum gloriam, Mummio ignauissimo militi concessit. Scipioni cum detrectatores non deessent, maluit is vrbe cedere, quàm cótentionibus tumultum excitare. Itaq; ciuem præstantissimum non impulit ambitio, quo minus modestissimè se gereret: & publico ocio, atq; tranquillitati consuleret. Socrates, qui Apollinis voce sapientissimus est iudicatus, dicere solitus est; Hoc vnum scio, quod nihil scio. Olim Mileti aurea mensa reperta est, quam Apollo omnium sapientissimo dari iussit. Tum Thales, solum Deum sapientissimum esse dixit: itaq; ei deberi. Dicat modo quid velit Ephesius Heraclitus, atq; omnia scire se iactet. Superior sententia longè æquior iudicabitur. Agesilaus Rex Ephoris rem vtiq; superfluam imperantibus, vt modestiæ

destiæ laudem assequeretur, obtemperauit. Lygurgus regnum oblatum repudiauit, modestè ex fratre nepoti illud concedens. Ex Romanis consulatum Labeonem recusasse comperies. Pontificatum Lepidum. Nicias rebus feliciter gestis, Deorum benignitati, & militum fortitudini tribuebat. Trasibulus cum optimè de patria meritus esset, coronis ex olea duabus, inuidiam reformidans, cōtentus fuit. Pitaco Mitileni ob præclara erga Rempub. merita, quam plurima obtulerunt; ipse autem centum agri iugera accipiens, reliqua repudiauit: quòd negaret se illa accipere velle, quæ ipsi inuidiam excitarent, multiq; concupiscerent. Ostendunt hæc satis, inquit, & meā modestiam, & vestrum erga me animū. Sed adamus etiam ex recentioribus, & christianis hominibus exempla aliqua, quo magis ad virtutem istam accēdamur. Clemens I. Pont. IIII. cùm à Petro Apostolo Romanam Sedem accepisset, Cletum tamen, ac Linum sibi in honore prætulit. Gotifredus Comes noster Bononiensis primus Rex Hierosolymæ, nunquam diademate regio insigniri voluit, quòd sibi impium videretur ibi auream ge-

ſtare coronam, vbi regum omniũ DOMINVS CHRISTVS IESVS ſpineam paſſus eſſet pro humano genere redimendo. Traianus etiam Imperator inuitus apud Agrippinam imperium aſſumpſit. quod quidem, & Adrianus, & Veſpaſianus, & alij non pauci fecerunt. Triumphum recuſauit M. Fabius debellatis Veientibus. Modeſtia, inquit Cicero, eſt quidam quaſi ornatus vitæ, quo arrogantiæ crimen effugimus. Anthiſtenes cum gloriosè nimis Rhetoricam doceret, vbi Socratem audiuit, ad diſcipulos conuerſus, abite, inquit, filij, & nobis magiſtrum quærite. Exiſtimans nequaquàm Socrati parem eſſe poſſe. Sceuola illos omnes, qui ſe ipſum conſulerent ad Furium, & Ceſellium reijciebat. Modeſtiſsimè etiam ille apud Pöetam; me quoq; dicunt.

*Vatem Paſtores, ſed non ego credulus illis:*
*Nam neq; adhuc Varro videor, nec dicere Cinna.*

Maximus etiam modeſtiæ vſus apud veteres artifices fuiſſe illud oſtendit, quòd Apelles omnium nobiliſsimus pictor, vbi opus abſoluiſſet, verbum pingebat apponere ſolitus eſt: nimirum, ne pinxit, diceret. Idemq; errata, ſi

ta, si qua incidissent, ex vulgarium etiam sen tentia emendabat, omnium iuditium audiēs. Aristoteles, cum sibi in schola successorem eligere vellet Theophrastum, iussit afferri Lesbium, atq; Rhodium vinum; quibus degustatis, Lesbium, inquit, est suauius. ne, si apertè hoc fecisset, inuidię causam alij haberent. Insigni memoria nostra vir summus Andreas Contarenus, Venetorum Dux modestia extitit: qui terra, mariq; pace parta, cùm pro Repub. se se optimè gessisset, præsertim cum Genuensibus, teterrimo illo bello, moriens, nę aliquid suo inscriberetur tumulo mandauit. Quòd etiam apud Romanos Cato fecerat; qui nunquàm sibi statuam decerni voluit. Itaq; mirum est, quàm in omni vita eluceat hæc virtus à principibus viris præsertim ab eis, quos Deus suæ Ecclesiæ moderatores hoc est Cardinalibus exercenda senibus, ado lescentibus viris, mulieribus expetēda, si quidem quo pacto vnusquisq; se gerere debeat ostendit sæpissimè etiam ad rectè agendum impellens. Hanc igitur re ipsa exercentes tota cogitatione Card. complectentur. Nullus enim tam abiectæ est sortis homo, qui non

ali-

aliquando vel prodesse, vel ob esse posit, neminé contemnent; neq; nisi in tempore res gerant, quodlibet suam haram habere scientes nihil esse, cui non proprius sit locus. Nem pè digni sunt honore, qui honore cæteros afficiunt homines: sicut dicitur; [a] honorificantes, & contemnentes me ignominia afficientur. Sintq; affabiles; blandeq; & amicè quosuis alloquantur, & salutent: iuxta illud Catonis; saluta libenter. Et Sapiens; Anteuerte cũ pace quemuis hominem. Sint prudentes inter bonos, & malos: vnde illud, Esto cauda Leonum, atq; fias caput vulpium. Obseruétq; moderatè ferre obiecta crimina, & contemptus, nec celeriter eos rapi ad vltiones, nec facilè moueri ad iram æquum est, sed iracundiã reprimere. [b] Sic se gerant, vt eorum modestia nota sit omnibus hominibus. [c] obseruent modestiam in incessu, in vestibus, & habitu. [d] Nó conuersentur cum fœminis consanguineis. [e] Hinc Diuus Hieronymus; Hospitium tuum aut rarò, aut nunquam mulierum pedes terant: quoniam non potest corde cum Deo morari, qui fœminarum accesibus copulatur. [f] Sint etiam modesti in cibis, conuiuijs, & potu:

[a] 1. Sam. 2.

[b] Hom. Iliad. 9.

[c] Paul. ad Coloss. c. 4.

[d] Cap. 1. 41. dist. & in c. partimon. 41. dist. 99.

[e] .l. cũ qui & ibi Doc. C. de Episc. & Cler. c. cum oport. 81. dist. & in c. in omnibus, & in c. interdixit 22. dist.

[f] c. hospitaliũ 32. dist. vnde legitur quod Aug. noluit habitare cum sorore c. legitur. 81. dist.

potu: ꝓpterea quod in comessationibus (vt inquit Paulus) veritas facilè ad luxuriam prouocatur, & omne opus dissoluit. Corporale enim ieiunium mentem eleuat, ac secundum Augustinum, melior est modica amaritudo in faucibus, quàm æternum tormentum in visceribus. Et Beati Ambrosij dictum; ex adipe, & diuitiarum nimia copia vestra processit iniquitas. Despiciant pertinaciam, quæ gladius radiens nuncupatur. Nec diris deuoueāt aliquem; parent bonum nomen, quia sibi ipsis comparant. Et Póeta monet.

*Omnia si perdas, famam seruare memento.*

Ambulent in via bona, ei semper adhæreant: quam sapiens esse respondit oculus bonus; socius bonus; vicinus bonus: qui prouidet futurũ, & cor bonum, via autem mala à qua se ipsos alienent; dixit oculus malus; socius malus, vicinus malus, qui multum accipit, & non restituit, & cor malum.[g] Sint vigiles; quia vigiles timorem excludent, & fiduciam nancíscentur. Non gaudeant calamitate, & inimici afflictione: Sed cognoscant Dei manum, & iuditium; cur illum affligat. Omnes sumus peccatores; nec quisquam potest gloriari

g Matt. 14. vigilate & estote parati. Scat. Hieron. lib. vigiliar.

gloriari, & alteri se præferre [h] Et sapiens dixit; Cum ceciderit hostis tuus, ne gaudeas: & cum ipse impegerit, non exultet cor tuum, ne forte videat Dominus, & displiceat oculis eius; auertatq; ab eo iram suam. Admoneat in curijs Clericos suos, & omnes familiares ad virtutes excitent amplectendas: & subditos sibi ipsis homines prudentiores, ac ad omne genus officij diligentiores efficiant. Sint etiam irreprehensibiles.[i] noscant semetipsos, curent animas proprias; easq; accuratè ab omnibus immunditijs, & peccatis iugiter despiciant. Obliuiscantur mala, quoniam dedecet seruare malorum memoria.[k] Sint etiam verecundi, & non faciem perfricent. edocti à nõnullis, qui dicturi, aut facturi quippiam apud ignotos manu faciem perfricant. Hunc gestum Quintilianus[l] inter vitia approbat Fabius,[m] Perfrica frontem, & dic te digniorem &c. Irreuerenter, & vt aiunt, illotis manibus, magna Ecclesiæ negocia non expediant.[n] Sint Zenone moderatiores.[o] Non exerceat morsum, Sycophantam immedicabilem in calumniam interpretatam.[p] Cuniculis non oppugnent.[q] neq; tragulam in Christianos inij-

[h] Luc. de pœn. in l. 1 C. de stud liberal. Romæ lib. 21.

[i] Paul. ad Tim. c. 3.

[k] Vnde illud ex Iliad. lib 4. irrita Dij super vẽtis hæc omnia tẽdãt, & illud ne malorum memoriã refrices. Val. lib. 4. rerũ memoralium tit. de animi moderat. Tul. in 1. Philip. in verbo Atheniensiũq; reuocati virtus.

[l] Lib. 2.

[m] Ex Caluo lib. 9. M. Tul. Tusc. q. lib. 3. Seneca lib. 5. Ep. ibi pfricare os &c.

[n] l. 1. in. §. 1. in versi. atq; illotis C. de iur. vet. enucl.

[o] Laert. ait zenon. Philosoph. adeo inuoluptatibus venereis parcũ fuisse, vt crudis duntaxat vexaretur.

inijciant.[p] Imitentur Socratem patientiſsimũ ambulantem nudis pedibus. Sint tanquàm adamantini in aduerſis.[q] Non perſonarum ac ceptatores. Pauperes nec deſpiciant. Dei, & non hominum iudicia exerceant.[r] Exuberent Catonis grauitate, & mira Theophraſti facũdia.[ſ] Iuſtitiæ officia benemeritis conferant; cum Philoſopho dicentes. Quicquid datur indigno, perditur. Et cum Aulo Gelio; Beneficium accipit, qui digno dedit. Benefaciant iuſto, & inuenient retributionem magnam. Bonos ad virtutes præmijs inuitent, malos verò pœnis afficiant. In colloquijs etiam obſeruent modeſtiam; vt non ſolum praua, ſed nec recta quidem ſummo ordine proferãtur: quoniam ſæpe eorum quę proferuntur virtus perditur: cum apud audientium corda incautus ſermo oportunitate fit leuior, & autorem ſuum idem coinquinat ſermo.[t] Sint diſcreti in ſilentio, vtiles, & cauti in verbo. Ne autem tacenda proferant, aut dicenda reticeſcant. Porrò ſicuti incautus ſermo in errorem trahit, ita ſilentium non in tempore erudiendo ad errorem vertitur. Magnopere timeant, ne colloquijs veritas cõfundatur. Hinc Paulus;

p Vt apud Ariſtoph. in Pluto.

q Vt inquit Catullus Luctatius.

r Plautius quinto in dolium.

ſ Plin. lib. 37.

t c. ſit rector 45. diſt. §. prouidendũ.

Nolite sapere plusqàm sapere oportet: sed sapite ad sobrietatem. Præ sint domibus proprijs, & benè custodiant illas.[u] Præbeant se ipsos diligentes bonis exemplis, Christi fideles hortantes ad bona opera, ac vitam laudabilé, virtutes amplectendas, vitia fugienda, Deum diligendum, proximum amandum, temperantiá obseruandá, fidé præstandá & cæteras virtutes exercendas ad institutioné hominũ. Vt nos omnes vniuersæ Ecclesiæ ad bonam frugem perducamur.[x] Caueant tenere in cu-rijs eorũ viros criminosos, & negligentes propter familiarium culpam temporaliter, ac æternè puniri necesse fuerit.[a] Non admittant seditiosos in domibus suis,[b] neq; pueros sinistra suspicionis causa.[c] Hinc prudentisimus, ac religiosissimus Pius Ghisilerius V. Anno primo sanxit in Romana aula iuuenes imberbes non habendos esse, quodq; etiam confirmatum à Gregorio Pontifice Max. cui quidem viro Sanctissimo, atq; omnibus modis maximo pro vniuersę Ecclesiæ ocio, ac felicitate nobis è Cœlo demisso, tanquàm Deo parendum esse nemo nisi impius negabit.


u Aristot. 1. lib. Ecomi.

x c. sicuti q. §. necesse, 47. dist. c. peruenit 11. q. 7.

a cap. sicuti §. necesse 47. dist.

b c. interdixit 8. dist. c. quosdã dam. 34. dist.

c c. in omni bus 81. dist.



## De Iustitia dd. Cardinalium. Cap. VII.



Voniam Cardinales iudices orbis sunt,[a] de ipsorum nempè iustitia, sine qua Ciuitas coli non potest, vt Philosophus inquit, aliqua dicamus; & Salomon nihil proderunt thesauri impietatis, iustitia verò liberabit te. Iustitia enim est constans, & perpetua voluntas ius suum cuiq; tribuens, vt Iustinianus prodit, cui alludens scribit Bernardus; iustitia melior est pecunia, quoniam illa replet arcam, hæc animam. quã obrem nullum est tempus, quo iustitia vacare debeat, quam omni studio, & ope sequi ipsos oportet; & iubeant vbiq; locorum quàm diligentissimè coli, & obseruari, vt iustitiam, cuius mater est virtus,[b] pedibus non conculcent homines. Caueant ab amore, odio, timore, & cupiditate, quibus iustitia coinquinatur,

[a] Nostro primo lib. de Card. tit. de dignitate decis. 102. vbi latè.

[b] l. Iudices, & ibi notat. C. de dignit. lib. 10.

c Greg. 11. q. 31. 4. natur, [c] quod si secus egerint, Deum maximum, & iustitiam offendunt, neminem iniustè oppriment, iniquos non tollent, & teneant memoriæ, sapientis dictum, velì animæ peccatrici, quæ non potest redire ad locum suum vnde exiuit, quia turpia opera impediunt asensum eius ad superos. Illudq; Ecclesiastici mente reuoluant, fili concupisce sapientiam, conserua iustitiam, & Deus præbebit illam tibi, & se ipsos gerant, vt cæteris pro conseruanda iustitia sint norma, & virtutis exemplar, potissimum in tribus Deum Opt. sequantur, in potestate, veritate, & bonitate. d Esd. c. 18 [d] Ideò iustitiæ causa eos esse iustos, & æquos necesse est, bonorumq; operum studiosissimos, erga Deum, & homines, qui si iusti fuerint, vt palma florebunt, [e] & beati erunt iudi-e Psal. 91. tium custodientes, ac obseruantes omni tempore iustitiam, manebuntq; in memoria æterf Psal. ver. & 105. na, & ab auditione mala non pauebunt, [f] ac beneditio Domini super capita facientium g Prou. 10. iustitiam descendet, [g] peribuntq; etiam iniustitia, impij verò in malitia sua. Diligant iustitiam, atq; obseruent, vt in manus Dei permaneant, iuxta illud Iustorum autem animæ in manum

manum Dei sunt, & non tangit illos tormentum mortis,[h] ac si morte præocupentur, viuent in refrigerio.[i] Porrò si custodierint iustitiam, iustè iudicabuntur,[k] & ex Deo nati erunt.[l] Sint alieni à summa iustitia, ne incurrant in peccatum. Sanè temperata iustitia perfectos reddit,[m] nihil est profectò præstabilius, quàm planè intelligi ad iustitiam illos esse natos, neq; opinione, sed natura esse constitutum ius, & iam patebit, si hominum inter ipsos societatem, coniuctionemq; prospexerint,[n] suscipiant illam, eamq; collocent in cordibus eorum; Sint æqui, & boni, & sequetur eos sua sponte iustitia quçrentes. Abijciāt mentibus malas cogitationes, & statim tempus illud aureum reuertetur, quod aliter consequi non possunt, quàm iugiter Deum Max. colendo, cuius equidem iustitiæ, quasi venæ sunt pietatis, & æquitatis, his enim duobus fontibus tota consistit iustitia, nanq; fides, temperantia, probitas, innocentia, integritas, & cætera huiusmodi, vel natura, vel institutione parentum possunt esse etiam in illis hominibus, qui iustitiam nesciunt, iustitia verò Dominorum Card. pax est populorum, tutela orbis,

h Sap. c.3.
i Sap.c.4.
k Sap.c.6.
l Aug. de vera relig.
m M.Cic.lib 1.de leg.
n Cipr. dist. 1.c. abusio

orbis, immunitas vniuersæ Ecclesiæ, munimentum gentis, cura languorum, gaudiũ hominum, temperies aeris, maris serenitas, terræ fœcunditas, solatium pauperum, filiorum hæreditas, & tandem sibimet ipsis spes futuræ beatitudinis,[o] & D. Ambrosius inquit, vbi prudentia, ibi, & malitia, vbi fortitudo, ibi iracundia, vbi temperantia ibi impacientia, vbi autem iustitia, ibi est concordia cæterarũ virtutum, non enim per se pars est iustitia sed quasi mater ea est omnium. vnde dictum sũmum bonum in rebus est, iustitiam colere, [p] ac vnicuiq; sua iura seruare. Nempè iustitia non nouit patrem, non matrem, veritatem verò nouit, non accipit personam, & Deum imitatur. Sic deniq; iustitia non aliud est, quã non peccare; non peccare est præcepta obseruare, etenim legis præcepta duobus modis obseruatur, alterum est, vt nihil eorũ, quæ prohibent admittatur, alterũ vt singula, quæ iubent custodiantur. Magna maturitate tandem iustitiæ veritatem inquirant, non leuitate, aut furore moti iuditia præcipitent. Et abundent iustitia, plusquàm Scribæ, & Phariseorũ, vt possint ingredi Regnũ Cœlorũ: & prodit

[o] Capite cũ deuoasis. 11 q. 2.

[p] c. summo pere 11. q. 3. & in c. omnipotens Deus 11. q. 1.

prodit sapiens, pro iustitia pugna pro anima tua, & vsq; ad mortem certa pro ipsa nempè, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos quā omnium virtutum præclarissimam. Principes obseruare debent, quæ etiam non contenta priuato bono extendit se ad Deum, ad proximum, ad amicos, inimicos, extraneos, Superiores, inferiores, medios, æquales, & breuiter in omnibus fructum quærit. Magno igitur appetenda animo, nec studio minori à Card. custodienda, afficiēda honoreque iuxta illud diligite iustitiam, qui iudicatis terrā; cuius oculus videt omnia, adeoq; est admirabilis, vt in ea magna virtutis mysteria constāt, indeq; tantæ virtutis præstantia dicitur, quod Abraæ, ob hoc, & propter iustitiam, non solum temporalia bona, verum etiam Cœlestia à Deo promissa fuerunt, historia nota est, meruitq; fieri ob id pater multarum gentium; deniq; vbi est iustitia, ibi religio, pietas, obseruantia, veritas, & gratia.





## De Divitiis DD. Cardinalivm. Cap. VIII.



Ecte Homerus diuitias donum Dei appellauit, sunt etenim. Et M. Cicero, expetuntur, inquit, tú ad vsus vitæ necessariæ, tum ad voluptatem. & Seneca, Exaudiuntur his muti, auditus surdis restituitur, ignobiles sunt in honore, imperiti docent, ineptis principatus defertur, & fatui prophete habentur. Doristenes itidem, neruos rerum opes nuncupauit. Veruntamen præstantior nobis videtur Thaletis Milesij sẽtentia, qui ex diuitijs satietatem, ex facietate autem contumeliam dixit oriri. Nos ademus insolentiam, atq; improbitatem eas gignere, nisi fuerint cum virtute coniunctæ; illis quidem fatendum est longè præstare ipsá virtutem, quàm prudentes veteres semper maximi

maximi fecerunt, nec paupertas, & tempore fuit cuiquam dedecori. Nostris verò temporibus curia pauperibus clauditur, dat census honores, ait ille. Quapropter diuites splendorem vestrum, & luxum ostentantes, grauē sibi comparant inuidiam, & quoniam abundant opulentia, belluinis, (vt sic dicam) voluptatibus, Domini ipsi se se dedunt, neq; animaduertunt non modò iuuari homines, sed perdi à diuitijs, quemadmodum nauis onerum magnitudine. Equidem quam vtilitatē afferant ei, qui ignauiter possidet, non video. Consuetudo locupletum admodum difficilis, quia nihil laudant præter opulētiam, quæ vbi est in honore, probitas, & virtus negligitur, neq; temperantiæ vllus est locus. Quantò melius Athenienses, qui præter virtutem omnia negligebant, auri atq; argenti & cæterarum rerum copiam, onus existimantes, ꝙ nullo pacto fieri posse dicerent, vt ijdem homines, & diuites, & probi essent, neq; audiendi sunt nostrę tempestatis homines, qui dicunt appellari diuitias bona, quòd beent, nam prorsus amens est sermo & infelix, in pueris, aut fœmininis vix ferendus. D. Augu-

ſtinus diuitias viſcatas appellat, Chriſoſtomus ſpinas Philoſophi ſtultitiam dixere, diuitem appellantes improbum, ſtultum, atq; etiam miſerum, Quinimo diuitię vt plurimo male ſunt, Eccleſiaſt. cap. tertio. Diuites quemadmodum de piſcibus dicitur, pauperes comedunt, onera quantumuis grauia illis imponentes. Quàm benè Lygurgus lege ſua non opulentibus, ſed ſenibus, & virtute prææditis, honorē exhiberi ſanxerat. Appellantur in ſacris litteris diuitię, māmona, quibus qui ſeruiunt quid obſecro aliud agūt, niſi Deum negare? parens ille totius humani generis, in delitijs à Dæmone victus eſt, quem tamen Iob in sūma egeſtate & inopia vicerat; neq; me errare putem, ſi affirmauerim eas ex iniquitate parari, quod Autor veritatis in Euangelio dicere non dubitauit; facite vobis amicos de mammona iniquitatis. Execrabiles ſanè, dolo plenæ, & malorum omnium eſca. Cùm Socrates hominem valde diuitem magno Spiritu incedentem animaduertiſſet. Nō prius inquit mihi admirationi fueris, quàm cognouero, quo pacto illis vtaris, videlicet intelligens fore illi perniciosas opes, qui non ingenio

genio magno paratoq; sit ad eas rectè erogandas. Nemo autem propter opes se se offerat, nullibi enim sunt, sed virtutem atq; gloriam quisq; sequatur, vt Hercules ille, quem telo acies tres habenti Iunoni vulnus intulisse ferunt, quoniam diuitias triplici ratione prudētissimè spreuisset, quia solicitæ admodū sunt, curis plenæ, & suspicionis, ipsorumq; status ābiguus, fragilis, & infirmus, mittamus itaq; anxiam illam, & morosam parādarum opum curam, partis rectè vtamur, memores nobis tanquàm distributoribus æquis fuisse à Dijs immortalibus traditis, consideremus lethale Midæ Regis aurum, Dionysij, & Crassi spolia, laudemus, amplectemur, imitemur potius nunquàm satis laudatam paupertatem Cincinnati, Reguli, Curij, & illud Póëtæ semper in ore, & in pectore habendum est.

*Diuitias alius fuluo sibi congerat auro.*

Non Card. confidant diuitijs, quoniam in diuitijs peribunt,[a] nec proderunt in die vltionis; melius est enim pauca possidere in timore Domini, quam thesauros magnos, & inexplebiles habere. Vanitas est, vbi multæ sunt opes, quæ quid prosunt possessori, nisi quòd

[a] Prou. c. 11

 cer-

b Eccl.c.5. cernunt diuitias oculis suis.[b] Non sint anxij
c Eccl.ibidē in diuitijs iniustis;[c] quoniam quid nobis pro
fuit superbia nostra, quid diuitiarum iactura
d Sap c.5. contulit nobis;[d] & qui diuites fieri volunt in
ciduut in varias tentationes, ac in laqueos dia
e Paul. ad Tim.1.c. boli[e] Querant veras diuitias, quas quæsitas
amittere non possunt, quid prodest arca bo-
nis plena, si inanis sit conscientia, vndè illud
bona vis habere, & tu bonus esse non quæris,
erubescas de bonis tuis, si domus plena te ma
f Aug. de verb. D. serm. 12. lum habet dominum.[f] Discant non in facul-
tatibus crimina habere, sed in his, quæ vti ne
sciunt. Nam diuitiæ vt impedimenta sunt im
g Amb. sup. Luc.lib.8. probis, ita bonis sunt ad virtutem adiumēta.
[g]Cogitent quòd omnes nascimur nudi, & mo
h Amb. ib. rimur,[h] & quod verè diuitiæ sunt, quæ ipsos
diuites virtutibus efficiunt. Si ergo diuites es-
se cupiunt, veras diuitias diligant, si culmen
veri honoris quærunt, ad cœleste regnum in-
cumbant, si dignitatum gloriam ament, in su
i Gregor. in hom. super illud exit qui seminat. &c. prema Angelorum curia ascribi festinent,[i] q
si fecerint maximè diuitijs fruentur, qui mi-
k Sene. ep. 14. nimè diuitijs carent,[k] & præ alijs Deo digni
l Senec. ep. 18. sunt, qui opes spernunt.[l] Diuites verò sunt,
qui gaudium habēt in portionibus suis, vndè
Rex

Rex Dauid, laborem manuum tuarum comedes, beatus eris tu; & bene tibi erit. Diuitiæ qui contumeliam, & luxuriam pariunt, aut auaritiam in vita; sunt etiam vt video timidum malum, & vitæ cupidum. talares vestes, corpora, opes autem immensæ animos impediunt: diuites ita se habeant necesse est. Pecunia autem nihil aliud est, quàm ostentatio. & inuolucrum quoddam vitæ. Caueant ideò à diuitijs iniustis; quoniam postquã breui tempore sui vsum præbuerunt, statim recedũt ab earum domibus. Iustè possideãt, eaq; habent sine culpa. Neq; vt mali Nautæ agãt, qui aliquando felicem experti fortunam, deinde plura cupientes, cuncta simul amittunt. felices, qui simul opes, ac mentem habent, hi enim opibus vbi conuenit, rectè vtuntur. Res si quidem modicas, magis quàm rapinas expetere eos decet; non enim iniustæ diuitiæ vnquàm permanentes sunt, & melius est ad fælicitatem pauca possidere, quàm cum inuidia multa. Nam eo pacto vita laudabilior, & suauior est. Diligant opum suarum non abundantem possessionem, sed moderatum vsum, easq; colant duplici nomine. Nempè vt iactu

ra


-ra facilè se ipsos expediant, & vt bonis, ac studiosis hominibus infortunia patientibus succurrant. Mediocriter ergo diuitias diligant, præsentibus quidem acquiescant, inquirant meliora. Erunt verè diuites, si cupidatum fuerint inopes: Quoniam diuitiæ fædantur fecibus.[m] Inuidiæ torentur faucibus.[n] Discordiæ rixantur litibus.[o] Lasciuię iocantur lusibus..[p] Nequitiæ ligantur nexibus.[q] Iustitiæ priuantur legibus.[r] Iactantiæ efferuntur vocibus..[s] Falatię vtuntur mendatijs.[t] Auaritiæ inflamantur feruidis estibus, vt de Epulone, qui eleuans oculos, dum esset in tormentis aquã petens pro refrigerio, dicebat Crucior in hac flama.[u] Ignorantiæ excecantur obscuris nubibus.[x] Ibi Zacheus qui erat Princeps publicanorum, & diues, & non poterat videre Iesum. Gloriæ religantur foribus.[a] Angustiæ vexantur fluctibus.[b] Ideoq; in diuitijs non confidant, quia in ipsis peribũt,[c] & à iustis contemnentur dicentibus, Ecce Princeps, qui nõ posuit Deum adiutorem suum, sed sperauit in magnitudine diuitiarum suarum. & confusatus est in vanitate sua.[d] Vbi enim sum Principes gentus, qui in auibus Cœli ludunt, qui

Argen-

m 4. & 5. Regum.
n Ps. 19.
o Genes. 14
p Luc. 6.
q Mech. 6.
r Eccle. 13. ibi diues iniuste egit, & fremebit.
s Prou. 18 ibi diues effabitur rigide.
t Ps. sedet in residijs cũ diuitibus o-cultus, vt interficiat innocentem.
u Luc. 17.
x Luc. 19.
a Luc. 14. & 19.
b Eccl. 31.
c Prou. 11.
d Prou. 17. 51.

Argentum thesaurizant, & aurum, in quo cõfidunt homines, & nõ est finis possesionis eorum, exterminati sunt, & ad inferos descenderunt. [e] Quapropter sint boni diuites, vt de Ioseph Abarimathiã Matth. 17. legitur, Ioachim. Daniel 13. Iosaphat Rege Iuda 2. Paralip. 18. quoniã diuitiæ recte administrate animos redimunt, deffundãt famam, gloriam tribuunt, & amicos acquirunt. Prouerb. 13. ibi redemptio animæ viri sunt diuitiæ, Dauid paueris in diuitijs eius. Eccl. 31. prou. 14 ibi corona sapientum Diuitiæ addũt amicos plurimum Eccl. 30. Ibi beatus diues, qui post aurum non abijt, nec sperabit in pecunia, & thesauris, Querant deniq; diuitias supernas, quæ vere sunt diuitiæ, & gloria, Rex Dauid. Gloria, & diuitiæ in Domo eius. & Paul. ad Ro. 11. Sancti sunt instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis. Philip. 4. ibi Deus meus impleat omne desiderium vestrum, secundum diuitias suas; & hoc modo futurũ, vt benè pro Christianis hominibus agatur.

[e] Baruc. proœ. 6. Soph. c. 1 ibi disperierũt oẽs qui fu fulti sunt argento Matt. 3 Luc. 7. ibi ve vobis diuitibus, &c. Psal. 48. ibi ne timueris cũ diues factus fuerit homo. &c.



D i



## De Silentio dd. Cardinalium.
### Cap. IX.



Vàm digna res sit, quàm sãcta silentiũ, vel ex eo perspici potest, quòd Deus Opt. Max. silentio laudari voluit, simplici puroq; corde, non autem verborum copia; neq; enim nugæ ad id muneris aptæ videntur, fœminis potius attributæ, puerisq; magis: quid autem post longos sermones gratius silentio? Quàm multos quotidie ea dicere audimus, quæ aliquando non rem ipsam, sed famam, & incolumitatem in summum adducunt discrimen? Longum esset recensere commoda, quæ huius opera ad nos perueniunt; magnæ persæpe seditiones silentio tolluntur, inimicitiç conciliantur, odia extinguuntur, iræ sedantur, & multa alia componuntur. qui autem multum loquitur, fallere

lere eum quoq; necesse est atq; errare. Itaq; be-
nè quidam inquit, non prius sermo ad lin-
guam, quàm ad limam perueniat, sed in pri-
mis eos decet, qui nullo vsu, nulla dicendi ar-
te periti audiri cupiunt. Taceat igitur quicũ-
q; rem propositam nõ nouit, potius quàm ea
dicere, quibus rideri possit. Megabizus qui-
dam tenues picturas nulla arte factas lauda-
bat, at magna diligentia elaboratas reprehen
debat, Zeusim etiam aliquando à pueris ip-
sis, qui colores in officina eius terrebant, ir-
risum legimus. Nullum itaq; consilium tu-
tius fuerit, quàm quoties de re aliqua, quæ mi
nus ad nos pertineat, rogamur tacere, quem-
admodum si roges impium, quid sit pietas,
aut auarum de liberalitate, vterq; enim opti-
mè tacebit. Silentij autem symbolum sigeum
fuit. Nam ibi Herculem se se abdidisse ferunt
à Laomedonte mercede fraudatum. Itaq; à si
lendo locum appellatum. Testudo etiam si-
mulacrum silentij extitit. D. Thomas cũ ma-
ximo vteretur silentio, bos mutus est appella-
tus, ipsis quoq; tacendi exemplum esse debet.
Sed pręclare illi bouis cognomen inditum
fuit. nam eius mugitu postea vniuersus con-

tremuit orbis. Verum hæc omnia, quæ de silentio diximus, ita sunt accipienda, vt ratio tẽporis, loci & personæ semper habeatur, neq; verò honestum erit semper tacere, esset enim aut stupiditatis, aut maximæ ignorantiæ argumentum, vir autem prudens optimè iudicabit, cum loqui aut silere fuerit opportunũ. Et adeò silentium est neccessarium iuxta sapientem, omnibus diebus meis educatus fui inter sapientes, & non inueni vtilius quippiã taciturnitate. Neq; sermo est fundamentum, sed opus, & qui multiplicat verba, adducit peccatum, & ait etiam fac linguam tuam parum loqui. [a] Salomon, qui se abstinet, & quò minus verbum proferat durum, prudens est. [b] Paulus, sermo vester sit semper in gratiam sale conditus, vt quemadmodum vnicuiq; respondere conuenit, sciatis. Nihil enim vtilius quicquàm silentio, quòd multa bona cõtinet. Linguam vbiq; moderentur Card. quoniam melius & sanctius est tacere, quàm temerè loqui. Simonides aiebat nunquàm se pœnituisse silentij, dictorum autem sæpius sedulo, Conentur, ne quod dedeceat loquãtur, est enim viri planè imperiti non posse tacere, sed quæ

[a] Prou. 15.

[b] Ad Coloss. 4. Psalm. 38. ibi ponã custodiam ori meo. Eccl. 10. ait sapiẽs, si quid vales dicendo respõde, sin minus choibe manu os tuum.

quæ decet efferre, sapientes est, Demosthenes inquit non ne existimetis Athenienses ignorare, quàm tutum sit silentium, & sicut vrbs patens, & absq; murorum ambitu, ita vir, qui non potest loquendo cohibere spiritum suũ. [c] Sint omnes veloces ad audiendum, tardi autem ad loquendum. [d] Card. rectè loquantur, que ex ordine nouerunt tacere. [e] Nam dici solet malũm hominem melius posse tacendo, quempiam vincere, quàm respondendo. Verba ergo pauca efferant, superflua in sermonibus abijciant, quoniam multiloquium non effugit culpam; vir verbosus imprudens est, Sapiens paucis vtitur verbis. [f] Careant illorũ sermones reprehensione. [g] Sapiens inquit, pulchrum taciturnitas. Pitacus loquere pauca, Lucianus silentio non est opus in malis, Menander lingua stulta Dominum sequitur. Oportetq; eps tacere, vel dicere meliora, quoniam lingua multis attulit perniciem, & multis est etiam responsum silentium. Ouidius.


*Eximia est virtus præstare silentia rebus,*
*At contra grauis est culpa tacendo loqui.*

Et Dominus N. de omni verbo ocioso, ꝙ loquuti fuerint in die iudicij rationem red-

c Prou. c. 15.
d Iac. in ep. c. 1.
e Greg. lib. 30. morat.
f Isid. de soliloq. c. 11.
g Isid de soliloq lib. 2.

h Matth. 12. dent; [h] vndè qui custodit os suum à maledi-
i Prou. 12. cto, seruat animam suam, [i] & effusa bona sūt
k Sirac. 30. in ore clauso. [k] Deniq; Card. diligant tacitur-
nitatem, vbi silentium sermone præstat. Sapiens enim silet, & Deū colit, & causam scit, cur sileat; prę omnibus nempè Deus elegit taciturnitatem, scriptum est enim, quem respiciam nisi humilem, & tacitum, cætera, quę ad silentium pertinent, obseruare oportet Card. de quibus in c. sit rector XLIII. Dist. qui est Gregorij in xv. pastorali sua.

## De Clementia dd. Cardinalium. Cap. X.



Ego, inquit Dominus, misericors, & iustus sū; ego misericordiam & iustitiā facio in terra, quo loco obseruandum est, semper misericordiam iustitiam præcedere. Quid quòd expiatio, quæ in sanguine hostiarum versabatur, in aquam conuersa est, quæ Dei misericordiam, & clementiam significat. Ita enim ipse de se. Si quis sitis veniat ad

me,

me, & bibat; & alio loco. Si ſcires donũ Dei, & quis eſt, qui loquitur tecum, tu fortaſſe petijſſet ab eo, & dediſſet tibi aquam viuam. Dauid itidem, virga tua, & baculus tuus me conſolata ſunt. nimirum virgam pro iuſtitia, baculum pro clementia, qua ſuſtinemur intelligit. Nihil erga Clementia laudabilius, nihil quòd magis præclarum virum deceat, quàm clementem eſſe, quòd ſi clementia, & probitas iunctæ fuerint, mirum eſt quàm felices pariant euentus. Sed Principum Eccleſiæ hoc eſt præcipuum munus, qui quidem apes immitari debent, quarum regem aculeum non habere dicunt, itaq; Princeps etiam ſi iuſſerit aliquem eſſe puniendum, differri tamen pœna, & ſententia debet per dies triginta, & ſuper ſtatu illius ſors, & fortuna ſuſpenſa eſſe debet; inter armorum ſtrepitus, etiam clementiæ locum eſſe decet, videlicet quantum belli natura, & conditio patitur. Quanuis autem parta victòria belli autores ſint puniendi; in reliquos non ita ſæuire oportet. Admiranda ſanè clementia fuit Iulij Cæſaris, quos enim armis domuerat, eoſdem clementia profligauit. Quid magnus Alexander? hunc regibus

omnibus

omnibus præstitisse memoratur, & in literis etiam ad Darium ita ipse de se. Non modò vincere scio, verum etiam victis parcere. Porus rex ab eodem victus, non modò iratus Alexandrum habuit, verum etiam Regno auctus est. Merito igitur exclamat Póeta.

*Sis pius in primis, nam cum vincamur ab omni*
*Munere, sola Deos æquat Clementia nobis.*

Darij mater cognita Alexandri morte crudeliter filium necauit, & sibi quoq; manus attulit, ne cum clementissimum Alexandrum habuisset, successorem illum crudelem Dominum experiri cogeretur. Sed adijciamus ex nostris admirabile exemplum. Philippus Vicecomes Insubrium Dux, cum apud Caietam memorabili clade Alphonsum Neapolitanorum Regem cum duobus eius fratribus captiuum cæpisset, non veluti hostes, sed tanquàm Regem, atq; hospitem pennes se habuit, & Paulo post eos non sine dignis muneribus incolumes dimisit. Romæ in Capitolio quasi publico edicto sic incisum fuisse lapidem ferunt.

*Parcere subiectis, & debellare superbos,*
*Hæc est in summis gloria summa viris.*

Iudi-

Iudicibus autem dabantur tabulę, virga, & manna, nimirum quòd ex tabulis certam prudentiam, ex virga rectam iustitiam, pro manna verò clementiam adhibendam esse significare voluerunt, quòd iidem iudices ad clementiam promptiores esse debeant; atq; ob hanc causam Apollinem dextra gratias sustinere, leua sagittas, & arcum dixerunt veteres. Leonem etiam in dimissos, & proiectos animantes, minimè sæuire compertum est; Elephantes etiam errantes in viam reducũt, in prælio autem magnam vulneratorum curam habent, eosq; in medium recipiunt agmen. Pisces quidam, quos Rayas appellamus, homines in mari demersos à marinis belluis tuentur, ne illos vorent. Ciconia pietatis, & clementiæ symbolum habetur. Vnde Virgilianus Aeneas originem duxisse ferunt. Ipsa enim auis genitorem senem humeris gerit, quemadmodum Anchisem parentem Aeneam gestasse tradunt. Indeq; factum, vt pietas Heroi illi sit propria virtus, qua tantopere à Poëta commendatur, quanto igitur maiores sunt, tanto humaniores eos esse decet; præclara si quidem ingenia illa esse dicunt,

quæ

quæ facilè placantur, propterea quòd mors sola flecti non posſit, vt ille canit.

*Optima quæq; dies miſeris mortalibus æui*
*Prima fuit; ſubeunt morbi, triſtisq; ſenectus,*
*Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.*

Quamobrem clementes, & manſuetos Card. deducet Dominus in iudicio, & docebit eos vias ſuas, extollet, & ſalutem eis dabit, in ſumma pace vitam agent cum voluptate, vnde dictum beati clementes, quoniam ipſi terræ hæreditatem capient,[a] & inquit Dominus, quia mitis ſum, & humilis corde, animabus veſtris requiē inuenietis.[b] D. Ignatius clementia egeo; qua euertitur Sathanas huius ſeculi princeps. Eſſe ergo benignos oportet inter ſe, & miſericordes condonātes mutuò, quemadmodū Deus ipſis per CHRISTVM condonauit.[c] Induant viſcera miſerationis, benignitatem, animi humilitatem, lenitatem, & clementiam; tales ſe præbeāt amicis, & proximis, quales erga ſe ipſos alios eſſe volunt. D. Ambroſius[d] omnis ſumma Chriſtianæ diſciplinæ in miſericordia, & clementia poſita eſt. Nulla enim virtus admirabilior, aut gratior clementia, nulla etiam re ad Deum

a Ps. 24.
b Matth. 5.
c Paul. ad Eph. 4.
d c. medicina de pœnit. diſt. 1. & ſup. Ep. Paul. ad Tim.

Deum propriùs accedunt homines quàm ſaluti humani generis perſpicere. Nihilq́; habet fortuna maius, quàm vt poſsit, nec natura melius, quàm vt velit ſeruare. [e] Quapropter ſi egregium eſt hoſtem abijcere, nõ minus tamen laudabile, calamitate oppreſsis auxilium ferre. [f] Vnde Ouidius.

*Regia (crede mihi) res eſt ſuccurrere lapſis.*

Pulchrum eſt vitam donare petenti, verũtamen eos clementes eſſe oportet his, qui ob fortunam, nõ ſua culpa in miſerijs ſunt: [g] criminoſos verò minimè expellant, ſed cum lenitate puniant. Nempè animaduertant cur Deus omnipotens eum, quæ cunctæ Eccleſiæ prætulerat, ancillæ vocem pauefcere, & ſe ipſum negare permiſit, quòd nimirũ magna eſſe factum clementiæ, & pietatis diſpenſatio ne cognouimus, vt is qui futurus paſtor erat Eccleſiæ, ſua culpa diſceret, quo pacto ipſe, & ſucceſſores, ac Rom. Eccl. Principes in alios clementes, & pij eſſe debeãt, prius itaq́; eum oſtendit ſibi ipſi, tum verò eum prępoſuit cæteris, vt ex ſua imbecillitate cognoſceret, quàm clementer, & piè cæterorum miſerias ſuſtinere oporteat: [h] vnde ſapientiæ dictum

e Cic. in oratio. pro q. Ligario.

f Val. Max. lib. 5.

g Cic. Reth. lib. 2.

h Dist. 50. c. confidẽdũ.

ctum misereris omnium Domine, & nihil
i Sap. c. 11. odisti eorum quæ fecisti.[i] Beati misericordes
quoniam ipsi misericordiam consequentur,
k Matth. c. 5 & cunctes dicite,[k] quia misericordiam volo,
l Matth. c 9. & non sacrificium inquit Dominus.[l] Sic itaq;
Card. obseruent, atq; imitentur Regem illũ,
m Sen. lib. 1. de clem. c. 5. quē refert Gugl. Bened. in c. Rayn. in verbo duas hinc filias nu. 39. ex. de Test.
[m] qui potentia sua non poterat inimicum destruere, consuluit vxorem suam, consulentē ei, & dixit, fac ò Rex potentissime, quòd Medici facere solent, quia vbi remedia minimè prosunt, tentant contraria, si seueritate nihil profecisti, nunc tenta, quomodo cedat tibi clementia, ignosce illi, ꝙ statim factum est.

## De Innocentia DD. Cardinalium. Cap. XI.



Ratio præcipua hominis pars, modum optimè seruabit, si illos, quibus parendum sit debito honore afficiet, inopes misericordia prosequetur, præscribet vnicuiq;, vt se innocentem seruet; ꝙ quidem multis præstantissimis viris laudi da-

tum fuiſſe legimus. Cato maior quadragies accuſatus innocens abſolutus eſt, neq; Tiberium Graccum ſuum inimicum Iudicem ſuſpectum habere recuſauit, & octuageſimum annum agens poſtremá egiſſe cauſam conijci poteſt. Rutilius etiam, cum innocentiſſime accuſaretur, neq; capillum promiſit, neq; barbam (vt reis mos fuit) neq; veſtem mutauit, ſed eodem innocentiæ vultu iudices atq; aduerſarios ſibi amicos reddidit. Diuino Appollinis iuſſu Archiam pœnas dediſſe aſſerũt, propterea quod Archilocum Pöetam canis dentibus momorderit. Hæc quoq; ſententia ante fores Eleuſinæ Cereris legebatur. Nemo niſi innocens ingrediatur: vnde illud.

*Procul ò procul eſte profani.*

Nerone matris cæde polluto, intereſſe Deæ ſacris non licuit. Itaq; ſolus Antoninus ingreſſus eſt. Hinc Horatius innocentiam vbiq; tutam eſſe canit. Integer vitæ &c. Quòd ea neminé lædens à nemine iniuriam expectet: vnde illud in ſacris literis. Maledictus, qui accepit munera, vt lędat ſanguinem innocentem, & iuris periti eum abſoluendũ cenſent à Principe, qui à iudice condénnatus fuerit, ſi de in

 nocen-

nocentia constiterit, & ratio est, quoniam alterius factum innocenti minimè nocere debet, & melius est sontem absoluere, quàm insontem condemnare. Ex lege etiam Cornelia is plectebatur, qui ad accusandum innocentem descendisset. Statuta quoq; ita interpretanda sunt, vt magna innocentiæ ratio habeatur. Psalmographus etiam, Innocens manibus; & mundus corde benedicetur à Domino, & quæ sequuntur. Sexcenta huiuscemodi in libris patrum comperies, quæ quidem breuitati studentes omisimus. Ademus etiam præclarissimum exemplum ex florentina depromptum historia, vt quo magis ad nostrã memoriam accedunt, eo tenacius legentium animis inhæreãt. Sarmatarum Rex Cassanus, opibus maximè pollens, Hierosolymis, & iudea vniuersa: pætijusem, in Sirya sarracenorum rege fugato. Quo facto vxorem ducere decreuit, & quæ cæteris omnibus forma præstaret; atq; ob hanc causam ad omnes Indiæ Ciuitates legatos mittit, breui autem tempore omnium pulcherrima inuenta est Hermionum Regis filia, quæ (cum ita pater vellet) vxorem illius esse non recusauit, hac tamen

 lege,

lege, vt CHRISTVM colere sibi integrum foret; nuptijs absolutis, cùm grauida mulier esset, non hominem, sed monstrum peperit, ergo suspicionem adulterij viro iniecit maximam, adeò vt necari vxorem iusserit; ingens paratur ignis, sacerdotem ipsam petit, & Ecclesiæ sacra, vnà rogans; vt baptismus daretur infanti, quæ quidem vbi impetrauit, proh admirandam Dei bonitas, momento temporis pulcherrimus factus est puer, quem monstrũ antea diximus: itaq; nihil amplius Imp. cupiens, matrẽ puerumq; ab ignis iniuria vindicauit. Aptissimum veteribus vulturis symbolum visum est, ad innocentiam significandam. Quoniam inter aues nihil ex illis, quæ homines seruiunt, attingat, quemadmodum Plutarchus testatur, A mortuis etiam animalibus, si paulum specie distent, abstinere creditur, nemini offensus, nemini nocens, quæ quidem vera flagitat innocentia, malos autẽ persequi æquissimum est. Quamobrẽ Card. innocentes sint manibus, & mundo corde, non accipientes in vanum animas suas, nec iurantes dolum proximo suo; neq; metu pœnæ, sed iustitiæ amore innocentes fiant, quoniam

niam, qui timore non peccant; quamuis non noceant, quibus obesse volũt, ab iniquo opere se abstinentes, Rei tamen sola voluntate fiunt, [b] parcere verò ob id ne grauius malum sequatur, non est innocentis, quoniam ad innocentem pertinet, non solum nemini inferre malum, sed etiam propulsare illi, [c] siquidẽ verè sunt innocentes, qui neminem lædunt. [d] Nihil enim aliud Deus à Nobis requirit præter innocentiam: quam Card. Deo offerentes piè, religiosèq; facient. [e] sic viuant vt accusatorem exterius non metuant; vndè Greg. [f] vtinam sic vixissem, vt intra me ipsum accusatorem conscientiam non haberem, quoniã vitam beatam efficit, conscientiæ tranquillitas, [g] & innocentiæ securitas, ideò vt innocentes sint, mnnda conscientia eos esse oportet. Quoniam laudabile est, quem de innocentia sua sibi conscium esse. Hanc igitur vitam requirant Card. à Domino scientes absq; innocentia regnum Cœlorum acquiri non posse, etiam sicut paruuli, iram facilè remittentes, acceptam iniuriam non vlciscantur, visam mulierem non concupiscent, [h] neq; huiusmodi innocentes Deus recipiet. [i] Scriptum est

b Aug. de vita innocen.

c 14. q. 5. c. non est.

d Aug. sup. Ps. 37.

e Lact. fin. lib. 6. diu. instit.


f Moral. lib. 2.

g Amb. de off. lib. 2.

h Hiron. sup. illud Matt. quicunq; humilia verit se sicut paruulus. &c.

i Iob. 8.

eſt enim innocentia gradientes bonis Deus non priuabit,[k] & quandiu innocentes iuſti- k Ps. 36.
tię adhærebunt, pudore non afficientur,[l] In l Sal. 10.
nocentia hilarem vultum reddit, bonam animi valetudinem vultus indicat, nec ſine cauſa dictum à ſapientem lęti cordis os floreſcit, qui enim præclara ſunt innocentia, filij lucis, & Dei exiſtimantur, rectè fidant conſcientiæ, in omnibus honeſtè verſabuntur, niſi illorũ corda eos accreſent. Magno animo ad Deũ accedant, vt quęcunq; petierint, accipient, ſi mandata obſeruauerint. Beati mundo corde inquit Dominus, quia ipſi Deum videbunt,
[m] ambulent in via recta, pro certo habentes m Matth. 5.
ſe pro illis omnibus quæcunq; aut egerint, aut dixerint iudicium ſubituros,[n] iram ſedẽt, n Eccl. 11
iniquitatem expellant. Beatus qui conſcientiam non lædit, acceptum enim eſt Domino cor purum,[o] hinc ſapiens res pręcioſa, vir pu- o Ps. 41
rus,[p] & Dauid purum cor meum Dominus p Prou. 4
intelligit.[q] Sic deniq; Card. ſuo erunt officio q Ps. ſup.
perfuncti, ſi omnes illorum actiones, cogitationes, ſermones erga Deum ipſum conuerſi fuerint.



## De Concordia dd. Cardinalivm. Cap. XII.



E Concordia hoc capite acturi, à vulgatissima illa, atq; celeberrima sententia exordiri comodum videtur. Cocordia paruæ res crescut, discordia maxime dilabuntur: nimirum hominibus grata, Dijsq; ipsis iucunda. Contra verò bellu, & cędes Ioui inuisæ, moriens Micipsa ad cocordia filios adhortatur. Scyta scillurus propè moriturus, octuaginta masculos habuit filios, quibus singulis fasciculum iaculorum porrigens, frangere iubebat, id cum omnes recusassent, quòd nullo pacto fieri posset, ipse singulas eximens sagittas facile cofregit, quo facto filios in hanc sentetiam allocutus est. Si concordes eritis filij, validi, atq; inuicti manebitis. Contra verò si dissidia, & seditiones inter vos fuerint, facilè vincemini. Concordia sanè

sanè ab vna animorum scientia nuncupatur, amicitiæ conciliatrix, vrbium Regina, quibus consociari omnia putauit. Empedocles discordia verò dissolui: cuius symbolū apud veteres malum punicum erat, & Romani ante omnes alios eam coluerunt. Celiucus Tiresias interrogatus ab Africano, quam ob causam Numātiæ prius inuicta, postea verò euersa fuisset. quia, inquit, victoriam concordia, interitu autem discordia affert. Sapienter Lycurgus, cùm ab eo quæreretur quo pacto facilè hostium impetus repelli possent. Si concordes, inquit, fueritis. Non modo autem exempla, & euentus ipsi rerum monent concordiā esse amplectendam. verum etiam ipsa hominis significatio. appellatur enim non ab humo, vt quidam dixere, sed à concordia, & cōsensu. Cum enim Deus è terra hominem effinxisset, fœminam è latere eiusdem eduxit, nimirum, vt concordiam ostenderet, quæ hominibus à natura fuisset indita. Quid? orbis vniuersæ partes nonne discordi quadam concordia, ab ipso summo opifice conditas, atq; connexas videmus? Humanum itidem corpus, quàm malè se habeat videmus, vbi dissē-

 sio

ſio aliqua inter ipſa elementa orta fuerit, non enim coniunctionem, & beneuolentiam ſummam corporis, atq; animæ, viri & vxoris, non hominum inter ſe, non Angelorum, nō Christi, non Sanctiſs. Trinitatis admirandam cōſenſionem aliud quicq; efficit, q; ſumma concordia. Elementa me hercule ipſa, & literæ ſi vna aptè componantur, corpus quoddam cōcinnum efficiunt diſsimilium conſonantiū, quid quidem, concordiam licet appellari. Si verò rurſus carminis medij, & finis vnus fuerit exitus, inquiunt grammatici huiuſmodi figuram concordiam appellari, veluti illud eſt.

*Fac tibi fortunam, feſtines frangere Lunam.*

Iolaum ferunt Sardiniam ingreſſum ad concordiam adduxiſſe diſperſos incolas, eorūq; auxilio Obliam, atq; alia maxima oppida condidiſſe, indeq; Iolenſes appellatos, nec profectò optimo Principi concordia ciuium iucūdius quicq; eſſe debet, ſicut tyranno nihil magis formidandum. Cæterum vt nobis videtur duo ſunt præcipua, quæ ſeditionem vrbe expellunt, nimirum imperare, ac parere. Itaq; facilè his rebus Reſpub. ſuſtinetur, atq; alitur concordia. Quantam obſecro laudem Aemi

lio

lio detulerunt Romani, quòd cum sexdecim viri ex eadem Tuberonis familia essent, qui in eadem domo manerent, ex vnius comunis agelli prouentu viuentes; familiæ herciscundæ iudicio minimè opus fuit. Dij boni, quæ multa bona humano generi ab hac virtute proueniunt; cædes reprimuntur, latrocinia cohibentur, reducuntur commercia, religio confirmatur, vigent disciplinæ, mali, atq; improbi de medio tolluntur, magna vbiq; securitas. Hac ipsa duce Romani homines vniuersum orbem in suam ditionem redegerũt, nihil iustum, nihil honestum, nihil sanctum deniq; sine ea consistere posse existimantes. Quòd si, inquit, Cic. & rerum natura concordiam exemeris, beneuolentiæq; coniunctionem, nec domus vlla, nec vrbs stare vbiq; poterit, nec agricultura quidem manere; sin autem vnus consensus fuerit inter omnes incredibile est, vt quæcunq; exoptari possint commoda, inde proficiscantur. Principibus enim ciuitatis, mediocris conditionis etiam atq; infimæ fortunæ hominibus moderatur. Demetrium ferunt aliquando à venatione redeuntem offendisse domi patrem, qui lega-

tiones audiret ; atq; telis vt erat armatus, osculo dato prope eum consedisse. Vbi autẽ legati discenderent, sic illos allocutus est Antigonus, Talem, legati, amore, animiq; pietate, qualem vidistis renunciate. nimirũ inueens primum, & filiorum concordiam, maximum potentiæ inditium esse, neq; profectò magis in cantu, & fidibus concordia illa iucunda est, quæ in rebus agendis neccessaria. Quamobrem Card. non irascentur, nec simul contendant, ac confligant, vt Aduersarius noster, pacis hostis concordiæq;, ac inuidentiæ pater, non gaudeat, aut regnet in illis, sed in pace viuant, tunc enim mærore afficietur. Et quantum sit optima, & præstantissima res concordia, admoneat præclarum Iapheth, ac memorabile factum, qui tuendæ concordię miserat ad Regem Ammonitarum inquiens; quid tibi mecum rei est? quid nobis bellum infers? nihil in te peccaui, & tu mecum malitiosè agis, qui me bello lacessis? iudicet. D. de causa Israelitarum, & Ammonitarum. Rex autem Ammonitarum nõ acquieuit orationi Iaphathæ, qua per nuncios apud illum vsus erat, & corripuit Iaphtham

Spiri-

Spiritus D. & progressus est ad bellum inferendum filijs Ammonitarum, quos tradidit D. in manus eius, vastauitq; viginti vrbes; vnde Ammonitæ timuerunt Israelitas. [a] Quare contentiones excitans vir malus, mittet D. illi Angelum immisericordem. Non gignant ergo sine causa discordias, ne dicat D. omne regnum secum disidens desolatur, & ciuitas omnis, ac familia diuisa aduersus se ipsum nō stabit. [b] Caueant à seditionibus, quoniam nō fideles, sed carnales vocabuntur, quia vbi æmulatio, & contentio, ibi inconstantia, & omnis improbitas. Seruos enim, ac fideles nō decet pugnare, sed mites inter se esse, sic deniq; concordia causa nullus hominū eos audeat perturbare, alioquin certō sciat rerum damnationis fieri quicunq; fuerit, [c] inquit D. Paulus.

[a] Iud. 11.
[b] Matth. 12.
[c] Ad Cor. [illegible]






## De Hvmilitate dd. Cardinalivm. Cap. XIII.



Quoniam nihil humanitate præstantius est, nihil q; magis in tota vita laudetur, visum est hoc capite non nulla de ipsa afferre, præsertim cum cæterarũ quasi mater virtutum omnium extat, quæ Christo Dei filio adeò propria fuit, vt illius opera Cœlum ascendens, nobis ipsis sũmam felicitatem pollicitus fuerit, si illam amplecteremur: vnde Propheta etiam; De torrente in via bibit; propterea exaltauit caput. Et illud; Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Et qui se humiliat, exaltabitur. Quôd quidem vir præclarus aliquando pro symbolo gestauit. Hoc ipsum Lacedemonius Chilo asseruit, nam cum ab eo quæreretur, & quid

quid credimus Iouem agere? Excelsa, inquit, deprimit, depressa extollit. Agè verò subijciamus exemplum, quod polliciti sumus pręclarissimum. Macedonum Rex Philippus, Alexandri Magni Pater, cum Athenienses in pugna superasset, ne victoria ipsa Spiritus tollere cogeretur, mandauit puero quodam, vt singulis diebus sibi diceret; Philippe, memineris te hominem esse. Quæ vna præcipua fuit pueri cura. Quare non prius alicui ad Regẽ patebat aditus, quàm quotidiè illa verba ter audiuisset. Regis etiã Nicomedis simile exemplum referamus. Hic radere caput solebat; & pileo vti (acceptæ libertatis argumentũ,) & regia quadam humanitate præditus libertum se populi Romani appellauit. Eggregia profectò virtus; quæ animos hominum aut ira, aut perturbatione aliqua affectos ad lenitatem reducit. Itaq; verissimum dicitur illud; Nihil est quòd bellum gerenti concedi possit; erit fortasse quòd roganti. Hoc ipsum optimè animaduertens Paulus IIII. Pont. Max. omnes illos, qui à recto tramitè Christianæ, & Catholicæ Ecclesiæ aberrassent hæreticos, modò ad se reuersos veniam precarentur, hu

manisśimè recepit. Nunquàm enim CHRISTVS ipſe ſinum ſuæ pietatis clauſum eſſe voluit, futurum ſatis ratus, ſi aliquando conuerſi ad ſe redirent. Barbaræ omnino feritatis eſt in proiectos adhuc hoſtilem animum gerere. Cuius rei nos admonere debet exemplũ illud, quòd in ſacris habetur litteris de filio luxu perdito; qui vbi partem ſibi iure debitam hæreditatis obliguriſſet, ad ſummam inopiam redactus, domum reuerſus eſt: quem Pater humaniſsimo animo, atq; hilari vultu excepit. Humilitatem aſſequi pœnitentiæ fundamentum eſſe dicunt; quæ vbi non adſit, ibi neceſſe eſt mendacium verſari. Quod quidem nulla re alia vitandum ijdem monent, quam humanitate ipſa, in quà profectò nos exercere æquũ eſt; ne in arrogantiæ, atq; iactantię crimen incidamus. Illud in hac virtute valde mihi ſpecioſum videtur, quod ad ineundam multitudinis gratiam maximam habet vim. Itaq; ſit facilis ad Principes Eccleſiæ aditus; ſtudeant ipſi humanos eſſe, vt quò velint, populi animum rapiant. Neq; vlla magis virtus hominé decet. Inde enim patet hominis eſſe notioné. Igitur qui humanitate carent, nihil amplius

reliqui

reliqui habet, nisi vt belluę appellentur. Clarissi. quinq; viri semper hanc gloriam parandam existimauerunt. Iulius Cæsar viso Pompei capite à lachrymis non abstinuit. Sic Paulus Aemylius Persa uicta, sic Scipio euersa Carthagine. Veteres etiam non hominé, sed homonem appellabant: à quo hominí. hoc est humanum fieri dixerunt. Itaq; apud Terentium; homo sum, humani à me nihil alienum puto. Hinc studia humanitatis appellata sunt: propterea quod ad homines tantum pertineant. Huc illa spectant, quæ ab authore ipso salutis nostrę accepimus præcepta: veluti, cum supra fontem defatigatus sederet: cum misericordia mouetur: cum fugit inimicorum manus: & alia múlta in hanc sententiam. De Pompeio tanta eum fuisse humanitate accepimus, vt dijudicare fuerit difficile, an hostes ipsius virtute, aut humanitate potius vincerentur. Is veteranum militem, qui propter frigoris vim propè obriguerat, comprehensum in sella regia collocauit, iocosè adens; Amicè saluti tibi futurum arbitror, quòd Persis exitio esse solet. Capitale siquidem fuit apud illam nationem regiam sedem

occupasse. Archelaus itidem Rex, sic de Charilao loqui solebat; quomodo non est vir bonus Charilaus, si ne perditis quidem est molestus? Quemadmodum igitur prudétię maximè proprium est futura præuidere; iustitiæ vt suum cuiq; tribuat; temperantiæ manus, oculos, & cogitationem etiam ab alienis continere: ita humanitatis in omnibus, quæ agũtur, vt inquit ille, omnes perferre, ac pati: Nemini se vnquàm præponens; atq; erga illos maxime humanos esse decet, qui nobis obuiam fiunt calamitate presſis. In cõuiuijs maximè hæc virtus elucere debet. Hæc cuncta hominum facta administrat: adeò vt leges prope modum omnes magnam humanitatis habeant rationem. Nulla est enim tanta humilitas, quę suauitate gloriæ non incendatur per humilitatem CHRISTVS D. N. eiecit diabolum superbiæ: per hãc fideles supra regna proficiunt, per hanc in æternum martires coronantur.[a] Quamobrem discant amplisſ. Patres à Domino dicente, discite à me, quia mitis sum, & humilis corde, & inuenietis requié animabus vestris, & alibi doctrina mea, non est mea, sed eius, qui misit me; quinimo facto humi-

[a] Casiod. sup. illud Ps. humiliatus sum.

humilitatem oſtendit, quoniam paſſurus Diſcipulorum pedes lauit, & in paſsione ſe humilem oſtendit vſq; ad mortem. Aſelloq; humili, & ſtolido, ac ſapientiæ plenus inſedit, humili loco natus, & cum filius Dei eſſet formam ſerui accepit, & adeò humilitatem dilexit, vt de vili plebe homines rudes, & agreſtes, atq; piſcatores elegerit. Porrò humilitas virtutum ſtabile eſt fundamentum, [b] ſint parui in oculis proprijs, vt ſint magni in oculis Dei, tanto enim erunt apud Dominum præcioſiores, quantò fuerint in oculis deſpectiores. [c] Cogitent quid ſint, quid intra ſe, quid extra, quid ſupra, quid cõtra, quid ante, quid poſtea, hæ cogitationes pariunt multos fructus, videlicet ſui vtilitatem, proximi charitatem, mundi contemptum, & Dei amorem, [d] & diligentes propriæ celſitudinis gradus, humilitatis cultum in manibus accuratè teneant. Nam qui ab humilitatis operibus recedunt, [e] à dignitatum faſtigijs, tumoris pondere deflectunt. Nempè velle ſuper omnes eſſe, probroſum, eſt ſuſtinere alterum ſuper ſe nimis glorioſum. [f] Et qui ſine humilitate virtutes congregant, quaſi in ventum puluerem

b Ber. de cõſid. lib. 5.

c Iſidor. de Sinony.

d Io. Chriſ. in tract. de Sinony.

e Io. Chriſ. in Polycr. lib. 4.

f Io. Chriſ. ſup. Matt. Hom. 3.

g Greg. hom. 6. proijciunt.[g] Ideò Card. quantò maioris gratię lumina percipiunt, tantò magis se reprehésibiles esse cognoscant: [h] nam quò fuerint viliores Deo, eò erunt sibi ipsis præciosiores: tátò chariores sunt Deo, quantò per eum sibi ipsis viliores; [i] & nescientes humilitatem virtutum matrem, vsum sui perdunt laboris, & siquæ bona sunt, quæ operari videantur, quia surgentis fabricæ robusta celsitudo non figitur, quæ nequaquàm per fundamenti fortitudinem in petra solidatur, soli igitur ruinæ crescit, quòd ædificant, quia ante molem fabricæ humilitatis fundamenta procurant. [k] Nihil igitur excelsius humilitate, quæ quasi semper superior nescit extolli, quia nemo id curat, quòd infra se iudicat. [l] Sint immundi apud Dominum exaltantes corda sua, fugientes à peccatis, & ad suos reuertentes errores. [m] Humilitatem sequantur, non quæ ostenditur, aut simulatur gestu corporis, aut fracta verborum voce; sed quæ puro cordis affectu exprimitur. Aliud est enim virtutē habere, aliud virtutis similitudinem. [n] Agnoscant eum qui supra eos est, vt ipsos agnoscat, & quę infra eos sunt; sic Daniel agnoscens super se Deú, agno-

h Greg. lib. 35. moral.
i Greg. lib. 28. moral.
k Greg. lib. 17. moral.
l Amb. sup. Luc. lib. 7.
m Hieron. in Epist. ad Rust.
n Hieron. ad Celant.

agnouerunt eum supra se Leones. [o] Audiant Augustinum dicentem, discite à me non mũdum fabricare, non cuncta visibilia, & inuisibilia creare, non in ipso mundo miracula facere, atq; mortuos suscitare. Sed quoniam mitis sum, & humilis corde opinans magnam construere fabricam celsitudinis de fundamẽto prius cogito humilitatis. [p] Glorientur ergo in humilitate, [q] nihilq; per contentionem, neq; per inanem gloriam, sed in humilitate sibi inuicem arbitrantes, non quę sua sunt considerantes; sed ea, quæ aliorum. [r] Nam qui se ipsos exaltabunt, deprimentur, & deprimentes exaltabuntur. [s] Discant à CHRISTO D. N. exclamante, quicunq; voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister; & qui voluerit inter vos primus esse, erit vester seruus. [t] & nisi conuersi fueritis, & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis regnum Cœlorum: [u] quicunq; ergo humiliauerit se, sicut paruulus iste, hic est maior in regno Cœlorum. Quæ sententia in ipsis successoribus Apostolorum proprie conuenit. [x] Sint igitur humiles, & non superbi: quid enim aliud sumus quã terra, & puluis. [a] Quãtò deniq; maiores sunt in Ecclesia Dei, tanto

o Aug. sup. Epist. Io. cap. 8.

p August. de verbo Domini.

q Iac. in ep. cap. 1.

r Paul. ad Philip. c. 3.

s Luc. cap. 7 & 17. Mat. c. 23.

t Matt. cap. 20.

u Matth. c. 9. & 18.

x No. lib. 1 de Card. late in tit. de nominibus, decis. 58.

a Eccl. cap. 10.

tantò humiliores ſegerant in omnibus; quo-
b Eccl. c. 3. niam coram Deo inuenient gratiam. b Quá-
obrem in humilitate patientiam habeant;
quia ſicut igne probatur aurum, & argentú,
c Eccl. c. 2. ſic ipſi probabuntur, c vnde Deus D. N. reſpi
cit húmilium orationes, & nō ſpernit preces
d Dauid Ps. 101. eorum. d Memoria vbiq; teneant, quòd vm-
bra, quodq; tandem eſca vermium futuri ſu-
e Gen. 3 mus; e & dicit ſapiens, maximè humilis ſpi-
ritu eſto. Expectatio enim hominū ſunt ver-
mes. Beatus cuius eſt vita excelſa, ſpiritus au-
tem humilis, tantò quiſq; debet ſe ſumiſsius
gerere, quantò maior eſt cęteris. Decet enim
vt ſuperiores ſequantur deteriores ea ſpe, vt
fiant meliores. Nihil enim eſt tàm Deo gra-
tum, quàm ſe ipſum cum poſtremis numera-
re. Superbis Deus reſiſtit, humilibus auté dat
gratiam. Humilientur deniq; ſub potenti ma
nu Dei, vt ipſos exaltet in tempore viſitatio-
f 1. Petri 5. nis. f Os humilium ſapientiam meditatur.
g Petri eolo. ci ſup. g Card. humiles, & modeſtos ad gloriam eue
h Prou. 29. hit Dominus omnipotens, h ſicut Moyſem
humilé, qui auſus non eſt Deum videre, ſed
cū de medio rubri loqueretùr, ſe à facie eius
potius reuerenter abſcondere; ita vt amicus
Dei

Dei appellari meruit. Doceant se humiles, vt Rex Dauid, quando dixit memento Domine quòd puluis, & cinis sum. Nec minus vt Euãgelista Marcus, qui ne eligeretus Epũs, sibi pollicem præcidit, & aurem Antonius anacorita, se indignos præsumentes, & tandem etiã vt Beata Virgo ab Angelo salutata inquiens, Ecce ancilla Domini; & alibi respexit humilitatem ancillæ suæ, &c. sic tandem. Card. corda vult Dominus humilitate sursum efferri, & non humana superbia, ac fastu in interiora demergi.

## De Pace DD. Cardinalium. Cap. XIIII.



Erissimum sanè accidit, quod Aristoteles in libris de Repub. tradit. Humanas nimirum actiones à fine dignoscendas. Quamobrem, quis nobis crimini obijciet, si de pace acturi, optimum esse illam Deorum munus dixerimus? propterea quod dum regnat, bonæ in prætio sunt artes, suo

suo quisq; fruitur, mercatura exercetur, omnia florent, læta omnia sunt, ac deniq; felicitatem ipsam, quàm sibi quæq; Ciuitas habet propositam, non alio quàm pacis adiumento comparari potest. Consideremus modo belli tempora, quot calamitates, quæ incendia, quæ rapinæ, quæ stupra, vt nullum inter ciues habetur discrimen, omnia me hercule situ & squalore operta dixeris, silent leges, iustitiũ indicitur, nullum tam graue est incommodũ quod non leue existimetur, si cum ijs, quæ bellum affert conferas. Obijciat aliquis maiorem gloriam esse armorum, quàm ocij aut regnorum accessiones, belli præmia, at quis negat iuuentutem exercendam esse? quis prohibet iusta bella suscipienda, & quæ ipsa necessitas offert? hoc dicimus, bella non nisi pacis causa suscipienda esse. Atq; hinc Iurisconsulti docent quomodo defensio omni iure permittatur ob tutelam sui corporis. In dubio autem iniustum potius esse bellum existimabimus. Quæ verò in bello acquisita fuerint, non nisi super ijs de iure responsum fuerit, nostra existimare debemus. Interim bella ciues gerere debent, serui autem à colendis agris

agris minimè auocentur. Hinc ſapiẽter Cleomenes Homerum Ciuium Pöetam, Heſiodum verò ſeruorum appellare ſolitus eſt, ꝙ alter quomodo bella gerenda eſſent docuiſſet. Alter agrorum cultum. Noſtris tamen Clericis effuſio ſanguinis omnino adempta eſt, habent enim Moyſis exemplum. Itaq; ſuã potius vitam, ſi neceſsitas exigat effundere debent, quàm humano ſanguine inquinari, ait enim Dominus. Qui vir ſanguinis es, templum mihi non ædificabis, bellum autem omne, vt iuſtum ſit, quinq; requiri ſolent, perſona, res, cauſa, animus, & auctoritas. Perſona ſit publica; & ius habeat, res reliqua repetatur; neceſsitas ſit cauſa; non hoſtili in finitimos geratur animo, iuſſu poſtremò principis ſuſcipiatur. Sed ne in re tam aperta diutius immoremur, dicat quicquid velint alij, libenter ego rixas omnes in foro leguleis noſtris relinquerem, Philoſophos etiam in ſcholis ad inſaniam vſq; clamare ſinam, & ocium laudabile, atq; pacem pro viribus amplectendam cenſeo. Ex ijs quæ de pace à nobis dicta ſunt, poteſt vnuſquiſq; incommoda omnia, quę à bello proficiſcuntur animaduertere, nos ta-

men vt omnibus satisfaciamus, minimè pigebit etiam cum ipso bello pacem conferre. Mala igitur, quæ bellum afferre solet omnino contraria sunt illis, quæ de pace diximus. nimirùm bonæ artes omnes corruunt, honesta frigent studia, religio passim negligitur, disciplina benè viuendi, & vrbani mores pereunt. Videas bellum pietatem omnem auferre, parentes filios expellere, & id genus quàm plurima, quæ enumerare, & longum, & molestum esset, hoc non præteribo, tanti semper pacem ipsam existimatam fuisse, vt ab omnibus obseruãdam esse lege cautum fuerit, neq; aliud pacis nomen magis denotat, quam Sanctissimã Patris, & Filij, & Spiritus Sancti coniunctionem. ex tribus enim literis compositum est nomen Trinitatem ipsam significantibus. Atq; hinc Mercurium pacis autorem nuncupatum opinor, propterea quòd concitatos animos oratione sedaret; & pactum à pactione dictum, vndè pacis nomen etiã promanauit; Diuina inquàm inter Deum, & homines cõciliatio, quæ nimirùm opera fit pœnitentia, siue humanam populorũ, aut principum, siue publicam, siue priuatam, siue

mixtam

mixtam considerare velis. Martianus imperator adeò pacis conseruandæ cupidus erat, vt frequenter in ore haberet, & pro adagio fermè vteretur huiusmodi sententia. Arma non induamus, donec in pace degere licet. Principem arma capere dedecet, & multa alia in hanc sententiam. Pacis autem hieroglyphicum caduceus est, atq; vt in Auli Vitellij numismate videre possumus, palliata mulier, comptis capillis, dextra spicas, & papauer, leua cornu illud copiæ celebratum gestans, & sinu autem collecto poma decidunt. Interdum verò secus pingi solebat, leua manu sicuti diximus, dextra bellica adurit arma, veluti in Antonini Pij nummo visitur. Pacem itaq; qui tollit, honestas res è ciuitate, & salutem, felicitatemq;, quàm sibi quilibet populus habet propositá aufert. Præclarè Hannibalem Scipioni aliquando dixisse ferunt, indubitata victoria pacem præstantiorem esse, quandoq; magni emendam. Propterea q̃ vno hominum, & Deorum ore maximè laudetur, perennis fons, parens, & Autor rerum omnium, quot quot vel in Cœlo, vel in terra præclare conspiciuntur. E contra verò vbi ea

non fuerit, mæroris plena omnia videas, percurre hominum gesta cum apud sacros, tum etiam apud profanos autores, non interemisset per maximum scælus fratrem Cayn, si inter eos pax fuisset, contra patrem non stetisset Absalon, nec sibi Iudas proditor laqueo gulam fregisset. Tollit prorsus pax effectus omnes, qui à bello orti essent. felix humanum genus, si hoc tanto bono à Dijs immortalibus elargito perfruatur, felices quos non tuba excitat, sed gallorum cantus exsuscitat. Hanc ob causam Hetruscorum Rex Porsena vnà cũ populo Romano egit, ne quisquàm ferro vteretur, nisi in agro excolendo. Succurrit hoc loco Neptuni, & Mineruę fabella, quam ascribere minimè pigebit. ferunt aliquando contentionem ortam inter Palladem, & Neptunum de imponendo Athenis nomine, iussit litis arbiter Iupiter, terram tridenti, & hasta percuterent, quòd cum vterq; fecisset hinc oleum, inde autem aquam enatam fuisse. Itaq; sententiam pro oleo latam esse, quamuis à deo necessarius aquæ vsus humano generi existat, nimirum propterea quòd cũ oleũ pacis symbolum sit, per eam sine dubio commoda om

nia

nia consequimur. Quamobrem Dux ille, & autor salutis nostrę, nihil aliud in Cœlū ascendens nobis reliquit, quàm munus ipsum pacis præstantissimum. Pacem meam, inquit, do vobis, pacem meam relinquo vobis, & alia in hanc sententiam. Videant igitur Cardinales, qui alijs præsunt, vt pacis causa à iure cōmuni recedant, multa enim hoc casu permissa sunt propter commoda, quæ & publicis, & priuatis rebus à pace deueniunt, non sint sicuti Leones in proprijs domibus familiares suos inhumaniter habentes, & subditos sibi ipsis opprimentes. [a] sed mites, quoniam ipsi posidebunt terram; [b] pacem sequantur cum omnibus, ac probitatem, sine qua nemo videbit Deum, [c] cum aduersarijs; si quos habent in gratiam redeant, quia nesciunt finem vitæ, qui cùm venerit, iudex remanet, & minister, & carcer; At quærentes pacem, & obseruantes, pro iudice patré, pro seruo ministrū Angelum, pro carcere Regnum inuenient; [d] qui autem pacem in ore, in corde, & opere non habent, verè Christiani non existunt, qui in pace non sperant, in lubrico vitam, & pedem ponunt, nauē procellæ obijciunt, atq; arenæ

semina

a Eccl. c. 4.
b Matth. c. 5. ibi, Beati pacifici quoniā filij Dei vocabuntur.
c Paul. ad Heb. c. 12
d August. de verbo Domini, c. 1.

ſemina mandant, quisq; etiam affligit corpus ſum, ſed concordiam deſerit, Deum quidem laudat in tympano, & non in choro.[e] Quam obrem ſi Cardinalium aliqui conqueſti fuerint confratribus ſuis, ſatisfaciant illis, ſi peccauerint in eos, coram eiſdem pœnitentiam agant, ſi offenderint, quærant pacem, & quá celerrimè veniam poſtulent, nec quieſcant, donec vnanimes fuerint,[f] quoniam pace, & concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximæ dilabuntur,[g] melius eſt enim fruſtũ panis cum lætitia, quàm domus multis bonis plena. Veritatem, & pacem diligant, inquit Dominus,[h] & omnia erunt illis proſpera; D. Paulus,[i] quod à vobis fieri poteſt cum omnibus hominibus pacem habere &c. Nihil eſt pace melius, Nihil etiã tam propriè Chriſtiani viri, quàm pace conciliari, vnde Dominus maximam mercedem ob illam nobis ꝓmiſit. Pax etenim præſtantia mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, & vinculũ amoris exiſtit, hæc eſt, quæ ſimultates tollit, bella compeſcit, iras comprimit, ſuperbos proterit, humiles amat, diſcordes ſedat, & inimicos concordat, cunctis eſt placida, neſcit extolli,

e Hiero. ſup. ep. ad Ro. laudet nomẽ eius in Choro.

f Iſid. ſoliloq. lib. 2. cap. 22.

g Saluſt. in Iug.

h Zach. 8. Ps. 33.

i Ad Rom. 12.

extolli, nescit inflari. [k] Hanc ergo Card. moneo, vt custodientes mandata Domini retineant, [l] diligant, & omnes simul pro bono pacis vniuersæ Ecclesiæ totis viribus, sanguine etiam, si oportuerit, tueantur, & conseruent.

k August. de verb. Dñi 188. per pacẽ expellitur timor vnde D. Luc. pax vobis ego sũ nolite timere, &c.

l Cap. 30. Hiere. vbi vtinã attendisses mandata mea facta .n. fuisset sicut flumen Esai. cap. 48.

## De Liberalitate DD. Cardinalium. Cap. XV.



Liberalitatem definiẽs Aristoteles, est, inquit, mediocritas circa pecunias, pecuniæ appellatione illa omnia intelligit, quæ nũmo æstimari possunt, & quoniam virtutes omnes inter duo extrema medium obtinent, locus erit liberalitati inter prodigalitatem, & auaritiam. Prodigus ille appellatur, qui nulla ratione habita personarum, aut virtutis plusquam par est distribuit. Auarus autem ẽ contra, nulla virtute, nullo loco, nullo tempore adduci potest, vt donet. Liberalitas itaq; in pecunijs erogandis versatur, videt liberalis, cui dandum sit, quid, & quomodo. Si quis autem erga eum,

cui

cui minus conueniat, nullo in tempore, aut plus quam res patitur liberalis extiterit, vtiq; nullam referet laudem. Liberalitate, & beneficientia, inquit M. Cicero, nihil est naturę hominis accommodatius, sed hoc maximè Principum est. Hac Cæsar, Pyrrhus, Alexander, alijq; innumerabiles in Cœlum ascenderunt. Liberalem causam adeò leges omnes fouent, vt dicant, liberalitatem in donatione haberi loco causæ, & promissionem alteri factam, quæ iure non valeret, valere tamen, & sustineri in gratiam liberalitatis. Coquorum est parsimonia, inquit Antigonus. Principum autem liberalitas, hinc Alexander vbi thesauros haberet suos interrogatus, apud amicos respondit. Scipio dicere solebat; Principem non domesticis tantum virtutibus ornatum esse debere, verum etiam liberalitate, & munificentia, huius virtutis symbolum fuit dextera manus dilatata; sinistra autem compressa auaritia designabat. Auarus enim nihil dat, nihil accipit. Prodigus omnia disipat, omnia cupit. Liberalis autem quantum opus est accipit ipse, alijsq; distribuit. Sequantur itaq; Card. pulcherrimam hanc mediocritatem,

quæ

quæ homines Dijs ipsis simillimos reddit memores, nihil magis angusti animi esse, quàm amare diuitias. Sunt enim, si habeas, ad beneficentiam conferendæ, vt de Cimone Atheniensi proditum est, qui famulos cum loculis pecunia refertis secum ducebat, quàm in obuios, qui opus haberent, erogabat. Sacræ preterea literæ opes detestantur, cùm iubent, vt comparemus nobis amicos ex huiusmodi iniquitatibus. Quamobrem, qui eas habet, sciat sibi à Deo traditas ad liberalitatem exercendam, vt quibuscunq; vsus fuerit auxilio esse debeant, hilarem enim datorem diligit Deus. [a] Erogant ergo Card. diuitias, quæ adunt amicos plurimos; [b] non largiantur ipsorum bona histrionibus, quoniam immane est vitiū, & non virtus, [c] donent ea, quæ ipsis, non alijs noceant, non negent petita, neminem dimittant inanem, [d] non effundant opes, sed rectè conferant, non adiuuent eos, qui aliorum bona conantur eripere, non donent iactātiæ causa, quoniam illa non dicitur perfecta liberalitas, [e] donata reticeant, consanguineos paupe-res non despiciant, Melius est subuenire suis, quibus pudor est ab alijs sumptum deposce-

a Paulus ad Cor. c. 7.

b Prou. 19.

c Dist. 86 c. donare.

d Aug. de sermone Dñi in monte.

e Amb. lib. 1. de off.

f Amb. eo. loci sup. re, [f] ne dum auro, & argento liberalitatem exerceant, sed etiam operum collatione, quæ multò luculentior, & præclarior extat. Modum etiam adhibeāt rebus, & personis, rebus vt non omnia vni, sed singulis quædam præstentur, & pluribus prosint personis, videlicet, vt primum iustis, deinde peccatoribus, quibus donare non prohibentur.[g] Non iratè, sed amicè liberalitate vtantur, quoniam, vt inquit Seneca,[h] non curo liberalem pecuniæ suæ iratum, omnis enim benignitas properat, proprium nanq; est libenter facientis cito facere, & eo minus nos obligat, qui magnificè parua dedit, q̃ qui regiò opes ęquauit animo.[i] Non quærant deniq; quid oporteat te accipere, sed quid deceat eos donare;[k] cogitent etiā quid donandum, cui, qualiter, quando, vbi, & quare sit dandum,[l] Pauperes adiuuēt, captos iniustè redimant, inquit Dominus, benefacite, & mutuū date, nihil inde sperantes. In liberalitate modū retineant in eo, in quo non tenentur, ipsā exerceant, in qua etiā proximū minimè lędant; tunc beati erunt, quoniam beatius est dare, quàm accipere, & deniq; Altissimi filij vocabuntur.[m]

g Dist. 86. c. fratri nostro.

h Ep. 73.

i Sene lib. de beneficijs.

k Ibidem lib de off.

l Arist lib. 4 Et sic.

m Luc. 6.



## De Fidvcia DD. Cardinalivm. Cap. XVI.



Vantae sit amentiæ propriis confidere viribus, vno Milonis Crotoniatis exemplo cognosci potest; is enim cum sibi maximè fidens, quærcum trunco ad apertam diuidere vellet, parte vtraq; reducta, brachijs retentus feris preda extitit, qui paulo ante ingentem bouem humeris gestás vno tantum spiritu stadium peregit; qui pugni ictu eundem interemit bouem, atq; integrum vno die vorauit. Propterea auté hoc crimen euitare debent Card. quoniam persæpe fit, vt fiduciam timor præocupet, quémadmodum Alexandro obtigisse ferunt bellú cum Dario gerenti. Neq; eos moueat quod M. Tull. ad Atticum sic scripserit. Credibile non est quantum ego in consilijs & prudentia tua, quodq; maximum est, quantú in amo-

re, & fide ponam. Qui enim conuenit alteri fidere, si nobis ipsis nequaquam possumus? omnem itaq; fidem erga homines abijciant, cum stulta, & imprudens non semel extiterit. Itaq; idem M Cicero sæpius à Bruto admonitus, ne tantũ Octauio deferret, aut plus æquo pueri ingenio, fideret minimè audiens, rebus postea immutatis ab eodem hostis loco habitus: vnaq; cum libertatis fautoribus proscriptus est. Pompeius accepta memorabili illa clade apud Pharsaliam ad Ptolomæum Ponti Regem profugit, ibiq; proh immane scælus regio iussu necatus est, victoris etenim fortunam, potius quàm amici calamitatem Barbarus Rex sequi maluit. Atq; hinc ortum est adagium illud celebre. Maledictus homo, qui cõfidit in homine, quoniam nec in eo, nec in filijs eius, nec in principibus est salus. Quòd si gaudes opibus, fidisq; diuitijs, quas Bion neruos rerum appellabat, deludetur spes tua, atq; ipse in profundum vsq; deiectus cruciaberis. Sunt enim diuitiæ, vt plurimum voluptatis ministræ, & insolentiam, improbitatemq; pariũt, & homines plerunq; in infinitis obruunt molestijs, quis igitur non videt quantum

humanis rebus fidere oporteat? Neq; etiam vitæ longitudo laudanda est, sed breuitas potius deploranda, vnde illud.

*Stat sua cuiq; dies, breue, & irreparabile tempus.*

Heu quid quæso aliud quàm fumus hominis vita? Perpetuus ad mortem cursus, diuersoriolum, non ampla domus, peregrini, nô ciues huius mundi sumus: palestra, dicula, punctus vita nostra, &, vt Pyndarus aiebat, vmbra, & somnus. Alij verò reperti sunt, qui vitam humanam eò infeliciorem putabant, quanto longior extitisset,

*Quod facimus dignum tam longo à miseris æuo.*

Et Virgilius.

*At tu magne Pater Diuum miserere, tuoq;*
*Inuisum hoc detrude caput sub tartara telo,*
*Quando aliter nequeo crudelem abrumpere vitam.*

Et dementi illi diuitijs pleno, qui secum sic ratiocinabatur in sacris literis. Anima mea multa habes bona in annos plurimos condita, quiesce, comede, bibe, epulari, sic responsum est. Stulte hac nocte repetent à te Dominus animam tuam, quæ parasti, cuius erunt? Deo igitur soli fidendum, hæc solida, & certa sit Cardinalium fiducia, iuxta illud Psal. Beati

omnes,

omnes, qui confidunt in Deo, quia confidens sicut mons syon non commouebitur in æternú eritq; Dominus fiducia eorum, ipse enim est, qui dixit. Confidite, ego sum nolite timere: non qui se ipsum cōmendat, hic probatus est sed quem Deus cōmendat, [a] laudet te proximus, non os tuum. Diogenes interrogatus, quid esset difficillimum; Nosce se ipsum respondit, multa ob amorem sui, sibi quemq; sumere solitum, qui amat animam suam, perdet eam, & qui odit eam in hoc mundo, in vitam sempiternam custodit eam. [b] Cardinales, qui in Domino confidunt, quæcunq; petierint ab eo, accipient, [c] non ea solum expectēt, quæ sibi ipsis cordi sunt, ne veritatis absq; ratione iudices sint, quia omnes in admonēdo sapimus, sed cum ipsimet aberremus, haud aduertimus, quare facillimum est omnium se ipsum decipere, quòd enim quisq; cupit, id etiam animum inducit, & sibi persuadet, res autem ipsa frequenter non ita se habet. Non confidit ergo Card. in semetipsis, sed in Deo qui suscitat mortuos; nempe amor, & fiducia sui multa illis celare, atq; abscondere verisimillimum est. Fiduciam ergo habeant per

[a] Paul. 2. Cor. 10.


[b] Ioan. 10.

[c] prima Io. 3.

Christvm ad Deum, non enim sufficientes sumus cogitare aliquid ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. D. Paulus secund. Cor. 2. Adeant deniq; cum fiducia ad thronũ gratiæ, vt misericordiam consequantur, & gratiam inuenient in auxilio opportuno; & habentes fiduciam accedent cum corde vero in plenitudine fidei tenentes spei nostræ confessionem indeclinabilem, fiduciam, & gloriam spei vsq; in finem firmam inquit Paul.[d]

[d] Ad Hebr. cap 3. 4. & 10.

## De Veritate dd. Cardinalivm. Cap. XVII.



Nihil profectò aliud est veritas, quàm rei ad intellectum adæquatio, quę cum mutata fuerit, præsentia, præterita, & futura permanent; vbi semel emerserit, viuit semper exagitata magis apparet. Constantiam rebus affert, iustitię fundamentum existit, qua quidem nulla aut præclarior, aut sanctior virtus. Triplex nobis esse videtur, vi-

delicet

delicet, vt ad disciplinam, ad vitam, & ad iustitiam pertineat, disciplinæ esse in Dei ministris, vitæ in omnibus, qui se homines profitentur, iustitiæ in illis, qui magistratum, ita enim vnicuiq; ius suum reddere debent, neq; vnquàm, aut odio, aut amore, aut alia causa ab æquitate deflectere. Hác temporis, & memoriæ filiám esse predicant, quid diutius celari non posit, oporteatq; (vt dicitur) mendacem memorem esse, disciplinę comes est, virtutis atq; iustitiæ mater, quæ sępissimè odiū parit, sicuti amicos obsequium. Papiniano verò iurisconsulto præclarissimo non modo odium, verum etiam exitium attulit, eò quòd dicendo parricidium non excusasset. Antonini nanq; iussu occisus est, Philoxenus etiā in Lapidicinas coniectus est, ꝙ Dionysio adulari noluerint, qua pœna, & Calisthenes, & alij propter veritatem affecti fuerunt. Mitto Ciceronem, atq; Demosthenem; quoniam ille M. Antonium, ille Philippum Regem persequutus fuisset, gladio vnus, veneno alter absumptus est. Præclarè verò à D. Hieronymo pingitur veritas, vt rugosam habeat frontem, vultum tristem, & quos illa corripuerit, offendat

cfendat, quid etiam Esaias, & Balaam sense-runt. Hoc idem etiam illi, quos è domo sua eiecit CHRISTVS, cum ibi negociarentur, cognouerunt. Est profectò melius est pro verita-te supplicio affici, quàm pro adulatione beneficium accipere. Hinc Tragicus, nam prius vel sydera terram subibunt, terra vel scandet polum, quàm mollis à me extorqueatur vox tibi. Quòd si diuinum illud nobis cum Dijs commune minimè corruptum haberemus, vtiq; absq; labore veritas cognosci posset, verum quoniam effudimus tenebras oculis nostris, argumentis eam, signis, inditijs & coniecturis quærimus. Apud græcos autem olim scientijs opera dabatur, vt veritatem inuenirent. Nam & Democritus in puteo eam demersam esse dixit, alij in speluncis obscurissimis latêre; mirum est quàm quisq; se ipsum decipiat, alius alium ridet, alius lacrimis omnia prosequitur, dum eam summo studio se inuenisse cogitat. Caueant igitur quicunq; scientias tractant, ne dum rerum apices persequuntur, veritatem opprimant, sensaq; autorum penitus inuertant. In dicendo verò maximè is probatur, cuius oratio cum rebus

consentit. Simplex semper est veritas, fuco non egens, atq; ipsa per se nuda animos ferit, omnia oratorum argumenta, & ornatus superans. Altercatione nimia facile amittitur, vbi verò inuenta fuerit, omnia cedunt, consentiunt omnia, quemadmodum in musicis mēs legum appellatur veritas, neq; aliud quærendum est in ipsis interpretandis, nisi vt ipsa appareat luci quàm simillima; vnde Pythagoras etiam appellatur, quoniam vera vt Pythius ipse Apollo loqueretur. Perpetua, & immortalis est veritas itaq; è rerum natura nunquàm tolli potest. Cũ verò CHRISTVS, Dei filius veritatem se esse dicat, non mirum est, si iudex semper oculos ad eam intentos habere debeat. Quoniam sententia, aut res iudicata pro veritate habetur, num facilè peccabibus, si nobis semper ea in ore fuerit: Sanctũ enim est veritatem in ore, & in corde gestare, eam amicitiæ, & rebus omnibus præponere, iuxta illud amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas, neq; aliunde prouenit quàm à diuino spiritu, qui quidem totus est veritatis. Adeò magna, atq; admiranda est eius virtus, vt omnium scientiam, calliditatē

atq;

atq; solertiam superet, neq; vllis insidijs intercipi, nulla vi demergi potest, siquidem persæpe premitur, nunquàm autem opprimitur. Itaq; eam quærant Card. ament atq; pro viribus tueantur. [a] Mentiri, & iurare linguæ eorum prorsus ignorent, tantusq; sit in ipsis veritatis amor, vt quicquid dixerint, iuratū putent. [b] Caueant à fraudibus, quoniā qui fraudolenter agunt, non merentur audire veritatem. [c] Verum autem scire diuinæ sapientiæ est. Quamobrem si veritati studeant, abijciāt inimicas ac anxias voluptates, quæ animum obruunt. Præferant vera falsis, æterna breuibus, vtilia iucundis, [d] & eorum cogitationes nunquàm recedant à vero, [e] & verum dicentibus facilè cedant. [f] Porrò honestatem, & veritatem colant, turpitudinem, & mendaciū oderint. Nam hisce notis virtus & malitia discernuntur. Vera dicant, quòd boni viri, atq; ingenui est semper vera loqui quouis tēpore. Hæc vt mihi quidem videtur, est lex quietè viuendi præcipua. Plato suauissimam narrationem veritatem esse dicebat. Polemon verò multo suauius vera dicere, quàm audire; & adeò valida est res veritas, vt omnes huma-

a Lact. de diuin. inst. lib. 2.

b Hieron. ad Celant.

c Hiero sup. Ezech.

d Lact. diu. inst. lib. 7.

e Senec de form. vitæ

f Cic. Tusc. q. lib. 4.

nas cogitationes superet. Simplex est oratio veritatis, nec varijs eget interpretationibus. Est enim opportuna per se veritas, tum Deo, tum hominibus ad omnia bona. Hac quilibet, qui felix, & beatus futurus est, ab initio statim particeps sit oportet, vt quã plurimũ temporis verax in vita degat, sic enim fide dignus erit, indignus autem, qui mendaciũ eligit. Mendacium illiberale, veritas generosa, mens veritatem amplectitur, & semper cum ipsa versatur. Interrogatus Pythagoras quid Deo simile faciunt homines, cum veritatem (respondit) exercent. Nolint alias in cordibus occultare sententias, & alias proferre. Sic enim Homerus ille mihi tã exosus est, quàm inferni porta, qui aliud in animo gerit, aliud ore profert. Thales Milesius rogatus, quantũ à vero distat mendacium, quantum oculi inquit ab auribus; Mendacium etenim odit prudens, & sapiens vir, & mentientes nulli multum temporis latent; Sic deniq; Card. veritatem loquantur cum proximo suo, veritatéq; & iudicium pacis iudicent in portis eorum, & ideò sapiens Deprecare inquit Altissimum; vt dirigat in veritatem viam tuam, rectoq; pe-


g Zach. c. 8. Archid. in c. si forte de elect. in 6. Pa-

ctore

ctore probent, quæ probanda, damnent, quę damnanda ingenuè, omni amore, & timore dimisso.

ul. ad Ephes. 5. & est peccatum occultare veritatē prof. de comit. de diff. iuris ciuil. & canon. nu. 63 Io de Silua de benefic. 4. par. q. 16 nu 9. Hiero. Zanet de for. content. nu. 163.

## De Superbia A DD. Cardinalium Contemnenda. Cap. XVIII.



De Superbia, nonnulla dicturus, vnde potius initium summam, quàm ab illo praeclarissimo exēplo humanæ naturæ hostis, qui cum adeò se efferret, vt se Altissimo similem diceret, à summo rerum omnium opifice in limam terram detrusus est vbi dignissimas tanti scœleris pœnas patitur. Superbis inquit Propheta, Deus resistit, humilibus verò dat gratiam, necesse est enim vt cadant superbi, & de eo, quo se iactant deprimantur. Quid ei prodest, qui continens est (inquit Augustinus) si illi superbia dominetur oris, operis, & habitus? Nullum sanè malum est grauius superbia, quoniam ab ea cętera mala, tanquàm riuuli à flumine oriuntur, atq; in primis religionem tollit, ex ea nascitur

Dei,

Dei, atq; hominum cōtemptus. sui ipsius stulta persuasio, iactantia, amissio deniq; bonorū omnium. Tria igitur ( vt summatim dicam ) maxima scælera ab hoc malo oriuntur, nimirùm sui iactantia, aliorumq́ contemptus. & aduersus Deum impietas Ex propria verò elatione iactantia, & desidia, atq; inconstantia, proficiscitur. Inanis gloriæ comites hyppocrisis, ostentatio, falsa religio, & arrogantia; accidia verò, fastidium virtutis parit ingeniū stupidum reddit, tertium quòd diximus in secundis rebus luxuriam, gulam, & auaritiam affert; in aduersis stomachum aduersus Deum facit, fidem adimit, detestationem Dei, atq; desperationem proponens. Ex contemptu verò proximi, crudelitas, ira, atq; inuidia nascitur; Inuidiam sequuntur detractiones, calumniæ, risus. Iræ autem perpetuos videas comites discordias, odia, seditiones, homicidia, contemptam religionem, sacrilegia, diuinationes, hæreses; & multa huius generis alia, huc adde superbiam sequi ambitionem, quæ quidem adeò homines stimulat, vt nullam habeant rationem, iustè ne an iniustè honores adipiscantur, non quà sit eundum, sed quid

sibi

ſibi velint ſolum intuentes. hac elatus eſt Mā-lius poſt defenſum à Gallis Capitolium. Camillo etiam crimini datum legimus, quòd albis equis inuectus, vrbem triumphans ingreſſus fuerit, quaſi ſoli, atq; Ioui ſe ſimilem efficeret, quos poëtæ narrant albis vti equis. perditę admodum ſuperbiæ exemplum. Marullus Tribunus plebis apud Romanos extitit, qui eos in carcerem conijci iubebat, à quibus ſalutatus fuiſſet. Vt igitur hoc vitium fugiamus, maximè expediet ſemper humanū ſe eſſe cogitare, ea lege, atq; conditione natum, vt alius alij adiumento eſſet, omnibus ſemel eſſe moriendum, nulla re amplius præterquàm puluere, & aqua corpus iſtud eſſe compoſitum. Quam ob cauſam olim viri præclariſſimi nigros calceos ad lunę imaginem factos geſtabant, vt humanorum rerum viciſſitudinis admonerentur, exemplo Lunæ, quæ obſcuro primum prodit lumine, tum progrediens lucem, atq; ſplendorem accipit, cum verò maximè lucet, decreſcere incipit, ita vt paulatim ad nihilum redeat. Interrogatus Chilon, quid Iupiter ageret, excelſa (inquit) deprimit, humilia extollit, fugiant igitur Card. ſuperbiā,

a Ecclef.cap. 10. quæ Deo Optimo tam displicet, [a] vt nullum scœlus grauiori supplicio afficiat. Quid enim
b Ecclef. ibidem. superbis terra, & cinis; nempè inter superbos semper iurgia manent, [b] Superbis Deus
c Iac. can.c. 4. Sal.c.10 resistit, humilibus autem dat gratiam; [c] Deprimant oculos superbos [d] cum Dauide dicē-
d Psal. 9. te cum superbo oculo, & inexplebili corde
e Ps. 100. cibum non sumpsi. [e] Et Dominus, si tam sublime sublati fuerint, sicut aquila ac inter astra nidos posuerint, eos deijciam; tunc superbi inter se ipsos dicent, quid profuit nobis superbia, quid opulentia cum arrogantia, om-
f Paul ad Galat. 5. nia in vmbræ morem præterierunt. [f] Non se extollent, ne cadant, ne Dominus patefaciat occulta eorum. Non se ipsos gerant superbè in conspectu Pontificis, sed timeant cum Paulo, qui inquit, noli elatus esse, sed time; & cogitent, quod si multa didicerint, non sibi ipsis bonū adscribāt, ad hoc nempè creati sunt, vnde Dominus prodit, cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt vobis, dicite, serui inutiles sumus. Sic deniq; non tollant cristas, vt in adagio fertur, nec supercilia ponant, quod
g Arist. in pace dixit de trahere cristas &c. vitium est; [g] Sed moneo, vt non superbè inter suos ipsorum sinus inspiciant, [h] at vt

domesticorum malorum recordatione desi- *h* nant arrogantius alienam vitam insectari,

h Plin. lib. 28. cap. 4 Martial. intra Pelliculã, credo tenere tuam.

## De Ira a dd. Cardinalibus Extinguenda. Cap. XIX.

ENNIVS iram insaniæ principium esse dixit propter mala, quæ ab ipsa oriuntur. non enim semel hoc ipsum experientia compertum est; percurre veterum monumenta, Alexandrum per iram Clitum, quem maximè dilexit, occidisse, Dionysium pugione, Mithridatem, filium ipsum Penandrum propriam vxorem Eschilum item, & Calcantem hoc eodem telo cedidisse comperies, & Antimachum musas reliquisse. Ad iram propensus quanuis defunctos ad vitam reuocaret, Dijs gratus non erit. Irati canibus comparantur, quoniam latrant, mordent, obtrectant, sæuiunt veluti canes. Iratum si aspexeris, feram videas, non hominem, os illi tumidum transuersa ( vt Poëta inquit ) intuentur ardentes oculi, corrugata fron, sine sangui-

guine, incerta lingua, mutila verba, & furoris plena; omnia irato sunt telo, quādoquidem sui ipsius est etiam immemor: quæcunq; se offerunt, ignorat, negabimus igitur animum adeò affectum insaniȩ proximum esse? Quāobrem rectè monet Diuinus Vates, ne sol exoriatur, aut occidat super iram nostrā. Apud Scythas fœminas esse fertur, quæ binas in oculis luces habent. hæ si iratȩ quempiam aspexerint, interimere asserunt, aspectu ipso, ex quibus quidem cognosci potest, quantopere illi peccent. qui persæpe leuissimis etiam de causis irascuntur. Ira consilij penitus inimica existit. Itaq; Poëtæ laneos pedes cū habere eos finxerunt, significant sero de malis hominibus supplicium illos sumere. Eninuero verissimum est humanitate animos molliri, neq; priori illo motui curationem adhiberi posse, quemadmodum etiam vetat medicinæ ratio, ægrotis remedia, dum morbus sæuit, vbi verò mitior esse ceperit, tum exhiberi iubet, sic etiam, mora impetum omnem, & ardorem animi extingui censuerunt veteres Philosophi. Itaq; legimus Athenodorum Cæsari Augusto præcepisse, ne iratus quid dice-

ret,

ret, aut faceret priusquàm secum tacitus grę-
cas omnes literas percurrisset. Hinc musicã
præsentaneum remedium aduersus iram esse
compertum est. In bello autem exercéda est,
tunc enim veræ virtutis fomitem iram appel
lare licebit. Cæterùm sapienti nihil perturba
tè, nihil non nisi quieto animo agere licebit.
Summoperè qui ad gubernacula Reipub. se-
dent ab huiusmodi vitio ab esse necesse est,
vt legibus ipsis similes existant, quæ ita inter
pretari debent, vt semper magis ad liberandũ
quàm ad puniendum sint procliues. præcla-
rè iubebat Socrates, vt irati se ipsos in specu-
lo inspicerent, arbitrabatur enim fore, vt co
gnita vultus turpitudine multi ab ea cauerẽt,
quod si quisq; apud se cogitet quot, & quã
nefaria scælera per iram fuerint perpetrata,
verbera, vulnera, atq; cædes illatæ, remis (vt
aiunt) velisq; persequendam existimabit, hãc
superare maioris est fortitudinis, quàm ingẽ
tes hostium copias fundere, dicebat Chilon.
Apud veteres iræ symbolum fuit Camelus,
atq; Histrix, quorum alter voce ipsa terrorẽ
incutit, alter vindictæ maximè est appetens;
At pulcherrimum mihi huius rei symbolum

Leo videtur, qui quamuis iratus, tamen abiectis ignoscit, quemadmodũ pro foribus ædiũ Pontificis Romæ inspeximus cum huiusmodi elegantissimo Carmine.

*Iratus recolas quàm nobilis ira Leonis,*
*In sibi prostratos se negat esse feram.*

Card. ergo, ad quos hæc scribimus, nõ irascentur, sed alloquuti humaniter respondeãt, quoniam aspera verba iram concitant, [a] ira enim non habet misericordiam. [b] Quamobrem non occidat Sol super ipsorum iracundiam, [c] iratos fratres patiantur. [d] Ignem gladio ne fodiant, iratos, tumidosq; animos maledictis non lacessent, [e] quos monet Paulus inquiens, non vos vindicantes carissimi, sed date locũ iræ, hoc est declinetis, ne vos illa corripiat, quoniam D. IESVS mittens ad Euangelizandum discipulos, misit eos sine auro, sine argento, sine pera, & sine virga, vt in illis vindictam eriperet. [f] Igitur resistant iræ, si possũt, sin minus cedant. Irascantur vbi est culpa, nõ potest enim fieri, vt non rerum dignitate moueamur, alioquin non virtus, sed lenitas, & remissio animi censenda est. [g] Cohibeant cupiditates, vt non peccent: melior est enim, qui vicit iram, quam qui capit Ciuitatem.

[a] Prou. 18.
[b] Prou. 12
[c] Paul ad Ephes. 4.
[d] August. de verb. Dñi.
[e] Hiero. lib. 3. contra Ruffinum.
[f] 11. q. 3. cap ira sæpe.
[g] Amb. lib. 1 de off.



# De Invidia a DD. Cardinalibus Abijcienda. Cap. XX.



Nvidiam inter vicinos esse potissimũ præclarè Poëta ostendit vbi ait,

*Hîc ego securus vulgi, & quid præparet Auster*
*Infelix pecori, securusq́; angulus ille*
*Vicino nostro, quia pinguior.*

Quibus quidem verbis nil aliud significat, quàm inuidiam pestem esse, quæ malo gaudeat alieno, bonisq́; itidem doleat alienis; sed præcipuè vicini; nemo enim barbaro inuidebit homini; sequitur & ipsa felicitatem, semper intanta, quomodo aliena commoda labefactet, & malum malo accumulet, semper nocere parata illi, in quem oculos coniecerit. Græci beluam hanc immanem masculum finxere; nos verò fœminam propter morum similitudinem, quam cum illis habet, prætereà ad ani-

ad animalia bruta etiam extenditur. Inuidia autem solius est hominis, nempe innumeras calamitates affert, seditiones gignit, pacē atq; ocium publicum, priuatumq; perturbat, persæpè etiam cęde immani, ciuitates integras atq; regna euertit. Referta sunt veterum monumenta huiusmodi generis exemplorum; liuor omnia tenet, inquit ille, tetercima labe ista, corpora contabescunt. Alius alij exitium affert, nimia rerum affluentia istud fieri manifestum est. Itaq; non ab re quidem veteres Nemesim Deam colebant, propterea quòd hinc oriatur (quanuis ab odio distet) & iuxta Hesiodi sentētiam, figulus figulum persequitur, vt quæcunq; in eo animaduerterit, aut superare conetur, aut accuset, & mordeat. Quo pacto Antiphilis pictor Apellem omnium præclarissimum criminatur: Quamobrem cauendum est, vt omnia quæcunq; viuere optamus, atq; in manibus hominum versari, quam maximè fieri potest, ab inuidiæ morsu vindicentur. Nullum me hercule malum non hominibus per inuidiam illatum esse facilè videbit, qui res humanas sibi antè oculos proposuerit. Hæc persæpe cum Dijs etiam ipsis bellū


gerit,

gerit, cædes inuenit, rapinas, sacrilegia, commoda publica euertit, amicitias tollit, proditiones excogitat, humanæ naturæ hostis inuẽtum, pietatis oppositum, via ad perniciem, veręq; & æternæ felicitatis amissio, neq; defuere ex veteribus, qui inuidiæ euitandæ gratia in alienis ciuitatibus degerẽt. Cypri enim vixit Athenienſis Conon, in Thracia Iphicrates, in Lesbo Timotheus, in Sigeo Chares. Quanto magis igitur Christiano homini enitendum est, vt summo studio tantum malum euitet? quoniam inuidus breuem in præsenti possidet fructum, & postea æternum incidit supplicium. 1. q. 1. c. cum ordinaretur. Quamobrem Cardinales non sint inanis gloriæ cupidi, inter se prouocantes, & inuidẽtes. [a] Caueant ab amicorum inuidia potius, quã inimicorum insidijs, [b] scientes quòd sine inuidia maiores erunt, & inuidentes minores. Card. deniq; pauperes fratribus suis habentibus non inuideant, ne mali videantur, quoniam inuidia res est omnium iniustissima: vnde Diogenes pereat quisquis inuidet bona possidentibus.

a Paul. ad Gal. 5.
b Sen. lib. de beneficijs.



## De Avaritia a DD. Cardinalibus Persequenda. Cap. XXI.



Vantopere fugienda sit auaritia, à natura magis quàm prodigalitas hominibus insita, nemo est, qui nesciat: est enim ipsa idolorum seruitus, pestis, & mater omnium malorum, quę virtutes omnes eneruat, atq; extinguit. Sæpe numero etiá appetitus ille inordinatus, ac pecuniæ studiũ, non solum priuatas domos, sed etiam imperia destruit. quòd quidem magnus ille legum lator Lygurgus ferreo nummo excusso expugnare voluit. Cùm diceret M. Crassus homo maximæ cupiditatis, pręceptum esse Stoicorum, diuitem esse virum bonum. Ei sic respõdit M. Cicero. Vide ne potius hoc intelligát, omnia esse sapientis, occultè eiusdem carpés auaritiam, nam Crasso nihil erat satis. Et quanuis

quanuis liberalitas mediocritas sit quædam circa pecuniam, prodigalitas verò excessus, Auaritia tamen, vt inquit Aristoteles defectus est, pesti similis, qua laborantes omnes in pactolum flumen mergi deberent, quemadmodum Acheo Lydiæ Regi euenisse legitur, vt auri insatiabiles aquas semper potaret. Auari ne mortuis parcunt, exemplo nobis sit Darius Persarum Rex, qui inscriptione sepulchri delusus, cùm Semiramis Assyriorum Reginæ tumulum aperuisset non thesaurum ( vt polliceri incisæ literæ videbantur ) inuenit, sed alijs grauioribus inscriptam obiurgationem perlegit in hanc sententiam. Nisi malus esses, & pecuniarum inexplebilis mortuorum loculos nô mouisses. Anno Christi 1250. Alan magnus Rex Tartarorum Susam Ciuitatem cæpit, quæ hodie Baldacha appellatur, vbi Caliphus vrbis Dominus, turrim argêto, auro, & lapidibus præciosis plenam habebat, Cumq; noluisset captus auaritia thesaurum in milites spargere, ipse in illam coniectus est, ibiq; negato ei cibo & potu perijt, cui Rex victor dicere solebat. Nisi thesaurum hunc tam auare seruasses, te ipsum & ciuitatem liberasses.

ſes. Nunc igitur confruere, & ex eo quem tan
topere dilexiſti comede, & bibe. Admirabile
videbitur, quod qui pecunias in Lacedemo-
niorum regionem aliquando intuliſſent, mor
te damnati ſunt, fuerat enim Alcameni, ac
Theopompo oraculum huiuſmodi redditū:
Pecuniarum Amor Spartam perdet, ſed ceſſet
admiratio, quoniam nec timet Deum auarus,
nec hominem veretur, non parcit Patri, non
ſeruat amico fidem, viduam opprimit, rem
pupilli inuadit, deniq; nullum eſt tam ſanctū
officium, quod nō euertat, atq; perturbet aua-
ritia. Auari Griphes imitantur, ſæuum, & per-
tinax ferarum genus, quæ aurum è terra effoſ
ſum mirè amant, mireq; cuſtodiunt. Diuitia-
rū Deus cæcus, auriq; fames ſacra eſt, (vt Poë-
ta inquit) quam ob cauſam apud Sarmatas hu
ius peſtis ignaros, nullus argento, aut auro lo-
cus eſt. Commutatione rerum vtuntur, delu-
ſit hominum auaritiā Aurelianus Cæſar pru-
dentiſsimus, Cùm enim Thianam veniſſet,
quia eam occluſam repererat, iratus dixit, ca
nem in hoc oppido nō relinquam. Expugna-
tā poſteà vrbe cùm milites ex Cæſaris promiſ
ſo direptionem illius efflagitarent, agite, in-

quit, canem me negaui relicturũ, canes omnes occidite. Et quanuis iuris ciuilis interpretes, quem libet præsumi auarum dicāt, nec in dubio pecuniā suam in alium transire velle, nec esse diuitem in mundo, qui dicat abũdo, & cætera huiuscemodi. Contenti tamen modico vitę stipendio esse debemus, nec plus appetire, quàm nobis, & amicis sufficiat. Præclarè Socrates argentum, aurum, & purpuram tragędijs potius, quàm vsui vitæ necessaria esse prædicabat. Et Socrates ad Demonicum duabus de causis diuitias esse seruandas tradit, vt mulctam soluamus, & amicó calamitate depręsso opem ferre possimus. Sed profectò communis est morbus, omnes auaritiæ studemus, iuxta illud.

*Crescit amor nummi, quantùm ipsa pecunia crescit.*

Sed parùm hoc est, vniuersus me hercule terrarum orbis auaro non est sat. Imperator Nero tam perditæ fuit auaritiæ, vt nunquàm magistratum delegaret, quin diceret, scis, quid mihi sit opus. Quid Vespasianus, qui in vijs amphoras posuit ad vrinas excipiẽdas, quæ fullonibus venderentur, reprehensus à Tito filio conticuit, mox verò pecuniā

quàm ex prima ſolutione confecerat, ad ipſius naſum admouens, nùm, inquit odor offēdit? minimè verò filius reſpondit, cui ille ſtatim, atqui ex lotio eſt, & odor lucri bonus ex re qualibet. Vndè non ab re eiuſdem bubulcus cum poſt imperium à Nerone aſſecutum, libertatem peteret, non impetraſſet, exclamauit. Vulpis pilum mutat, non mores. Verùm illud eſt, q dilectione hominum magis augeri imperium, maximè ſi fuerint virtute prædita; quàm peculiatorum copia. Ptolomæi verò Regis illa peculiaris extat ſententia, longè magis regium eſſe alios locupletes efficere, quàm locupletari, & fortaſſe hæc eſt ratio, qua aliàs in iure ciuili decretum eſt, eum non errare, qui in dubijs queſtionibus facilè reſpondet contra Fiſcum, neq; ob leuem calumniā, bona eidem deferenda, vt Tiberius faciebat, cui obiectum eſt, rerum familiarium, priuatorū hominum partem in ærario habuiſſe. Imperator Pertinax auaritia militum interemptus eſt, & Iulianus Didius à populo. Polycrates Perſa cū Oreti inimico credidiſſet, qui ei auri pondus promiſerat, vt fœderis ſocius contra Cambyſem eſſet, auaritia captus aſſenſit pro-

misſioni, tandemq; deluſus Oretis iuſſu cruci affixus eſt; Deteſtabilior hic morbus maximè in ſenibus eſt, quandoquidem non intelligo, inquit M. Cicero, quid ſibi velint, poteſt ne quicquam eſſe abſurdius, quàm quò minus vitæ reſtat eo plus viatici quærere? Diuitiæ igitur omnino negligendæ, quoniam aut libera litate perduntur, aut, quod peius eſt, marceſcunt auaritia. Lycaonem etiam Poëtæ morũ magiſtri, & vitæ humanæ inſtitutores in lupũ conuerſum eſſe fingunt. Quid obſecro aliud ſibi volunt huiuſmodi figmento, quam nobis ipſis illud euenire, cum primum animum ad auaritiam vertimus? Auarus Cain fratrem occidit, Polymneſtor Polydorum Priami Regis filium, de quo ſic Poëta cecinit.

*Heu fuge crudeles terras, fuge littus auarum*
*Nam Polydorus ego. hic confixum ferrea texit*
*Telorum ſeges, iaculisq; increuit acutis.*

Quid Balaam? ſeductus auaritia benedictionem populi in maledictionem conuertit. Inſigne eſt auaritiæ formica indica, quæ aurũ è cauernis erutum tantum modo ſeruat, non fruitur: Et Midas ille Phrigius, qui omnia, quæ co ntigiſſet fieri aurum cupiebat, vel Tã-

talus apud inferos, auiatus enim opibus non fruitur, sed siccis faucibus, conditis pecunijs incubit. Auarus omnibus est odio, à quo nec gratiam, sicuti nec à mortuo (dicebat Socrates) sermonem expectamus. Pytacus auaritiã insatiabile lucrum esse, aiebat. Periander turpe, Sophocles barbarum, & Diogenes auaros diuites magnificos pauperes appellabat. Auarus mare currit, terram effodit, Cœlum votis fatigat, nullum deniq; fretũ tam inquietum est, quàm iactatus ipsius animus, in quem allatrat Cerberus triceps, furiæ inferorum sæuiunt, Sisiphus voluit saxum, aliaq; monstra grassantur, & vt breuibus absoluamus, auaro homine nihil est scœlestius, nullum vitium auaritia tetriùs, nihil iniquius, quàm amare pecuniam, animam venalem habeat, necesse est auarus, insano similis, qui nõ res ipsas, sed sui affectus phãtasias videt, neq; aliud est auari mens semel vinculis cupiditatis astricta, nisi aurum, & argentum ipsum; gratioresq; sibi sunt opes me hercule, quàm Sol, quàm vita ipsa, omnis oratio, & supplicatio eius ad Deum aurum versa est. Cauendum igitur ne crimen tantopere detestãdũ incurrant Card.

aulæ quoniam

quoniam corpori, & animę exitium affert. neq; in abundantia cuiusq; vita eius est, ex his quæ possidet. [a] Nolint propterea thesaurizare sibi ipsis thesauros in terra, vbi erugo, & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt, & furantur: thesaurizent autem sibi ipsis thesauros in cœlo, vbi nec erugo, nec tinea demolitur, nec fures effodiunt, neq; furantur. [b] Certum est .n. eos in mundum nihil attulisse, quare nec auferre poterunt, qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueos Diaboli, ac desideria multa inutilia, quæ tradunt homines ad interitum, & perditionem. [c] Cardinales, qui aurum diligunt, non iustificabuntur. [d] Beati diuites, qui inueniuntur sine macula, [e] non sperantes in pecunia, & thesauris. [f] Non diligant ergo diuitias, quia fructum non capient ex eis; qui verò auaritiam despiciunt, longi erunt illorum dies [g] Non conuertant oculos proprios ad opes, quas habere non possunt quoniam conficient sibi ipsis pennas, quasi Aquilæ, & volabunt in Cœlum. [h] Qui sectatur auaritiam implicatur laqueis mortis, qui autem eam oderit feliciter viuet. [i] Auaro nempe nihil est scœlestius, nihil iniquius. Hic enim

a Luc.c. 12.
b Matt.c 16.
c Paul.ad Timot. 1.c.6.
d Eccl.c. 31.
e Eccl.ibidē
f Eccl.c. 8.
g Prou.c.28
h Prou.23.
i Prou.c.25.

enim animam ſuam venalem habet, [k] Væh ei qui multiplicat nō ſua &c. [l] Væh ei, in quàm, qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in excelſo nidus eius, & liberate ſe putet à malo, [m] & Dominus inquit, fili difficile eſt confidentes pecunijs introire in regnum Dei, facilius eſt enim camellum per foramen acus tranſire, quàm diuitem ingredi in regnũ Cœlorum. [n] Auarus ſemper rapit, & nunquā ſatiatur, nōn timet Deum, nō matrem cognoſcit, non fratri obtemperat, liberos in ſeruitutem reuocat, falſum teſtimonium profert, & res mortui occupat. Quis eorum erit tam demens, qui ob auaritiam perdere vitam velit, & acquirere gehenam. [o] Auarus inferno eſt ſimilis, quoniam infernus quoſq; deuorat, nũquàm dicit ſatis eſt, ſic, & ſi omnes theſauri confluxerint in auarum, [p] Licita non quærāt, iniuſtè iuſtè acquiſitis illicitè non fruantur, non multa, quamuis licitè poſsideant, nec licita, illicitè deffendant, malè enim acquirere, aut malè vti acquiſitis, de licito facit illicitũ, multa ſibi poſsidere propinquum eſt cupiditatis, & quandoq; quod nimiùm diligitur malè defenditur, duo ſunt quæ iniuſtè ſolent ac-

quirere

k Prou. c. 1.
l Eccl. c. 10.
m Abacuc c. 2.
n Mar. c. 10.
o Aug. lib. de verbo Dñi
p Auguſt. ad Comitem.

quirere, cupiditas & superbia; duo, quæ malè fruuntur acquisitis, gula, & luxuria; duo autem, quæ malè possidere volũt; prodigus, & auarus, vnus vt conseruet, alter vt dissipet; & duo, quæ possessa defendunt, temperantia, & prudentia. Superbia Diabolo clausit Cœlum, Gula primo parenti Regnum abstulit. Auaritia diuiti aperit infernum, Intemperantia verò adhuc corrumpit mundum: Radix autem omnium malorum est pecuniæ studiũ cuius permulti capti desiderio à fide aberrarunt, & multis se ipsos doloribus implicuerunt. Card. deniq; filij lucis hæc omnino fugiant, q sectentur iustitiam, pietatem, charitatem, patientiam, & mansuetudinem. q 1. Tim. 6.

## De Lvxvria A dd. Cardinalibvs Cohibenda. Cap. XXII.



On minus vtilitatis afferunt vitia, si in alijs conspiciantur, quàm virtutes ipsę, has enim imitari studemus, illa euitare summopere decet. hoc igitur

capite, quàm multa per luxuriam allata fuerint mala ad genus humanum, ſi quis neſciat vbi hęc noſtra percurrerit; cædes, furta, rapinas, ſacrilegia fuiſſe perpetrata comperiet, allicit monſtrum iſtud omnes ætates blando aſpectu, ſed in primis adoleſcentiam, ingeniũ imminuit; corporis vires eneruat; pudoréq; adimit omnem. hinc auaritia, gula, & vitiorũ acies erumpit. Itaq; in ſacris literis monentur Hebræi, vt à ſuilla carne abſtineant, quoniã luxuriæ ſymbolum ſus eſſet; alij alias afferũt cauſas, nobis modo hæc arridet ſententia; nã & immundos ſpiritus in porcos fuiſſe ingreſſos monet ipſa veritas.

*Et vetus indulget ſenibus clementia porcis.*

Hinc etiam morbus maximè horribilis lepra oritur, quam ferunt pudendorum abſciſſione ſanari. adeò labem iſtam deteſtantur morum magiſtri, vt luxuriæ deditum hominem, idolorum cultorem appellant, contrario autem eius nimirum caſtitate ſuperatur. Quinq; monet Pythagoras in omni vita eſſe euitanda; animi ignorantiam, corporis aduerſam valetudinem, ſeditionem ciuitatis, familiæ diſcordiam, & ventris luxuriam: hoc

idem

idem Anacharsis, vt quisq; sibi à luxuria, lingua, & ventre temperaret, monere solitus est, quòd ista ingenium reddant obtusum, vires tum animi, tum corporis penitus frangant, nihil aliud, præter dolorem, relinquentes. Quã obrem quis non irrideat sententiam illam verè dignã Helluone rege? Hæc habui quæ edi, quęq; exaturata libido, luxuriæ deditos homines antiqui titos appellauerunt. hinc satyricus Ingentes trepidare titos: quoniam columbis istud nomen fuisset inditum; præterea quemadmodum laxata membra dicuntur, cum loco mota sunt, ita etiam qui à mente, rectaq; ratione viuendi aberrarunt, luxuriosos appellamus, libidini semper ratio est præponenda, & honestum voluptati, quemadmodum nobis in capite de crudelitate Tamildis exemplo ostensum esse arbitror. quòd si quis turpiora etiam desiderat, adeat Geli vbi de Messalina Claudij Imperatoris vxore, quæ conditiones à publicis Lenonibus accipiens, quamplurimis potestatem sui corporis fecisse scribit. Luxuriæ nota non caruit Lucullus: vndè illud apud Romanos loquitur Vt Cato, viuit vt Lucullus. fœdissimum autẽ

illud, quod de Flacco circunfertur, cùm videlicet habuisse cubiculum speculis vndequaq;, & mœretricibus dispositis, vt vbicumq; oculi incidissent turpitudinis (dicam an immanitatis nescio) speciem redderent. cœnas quoq; ita extruere solitum memorant, vt facilè regis maximi opes excedere dicerentur.
A quibus quidem omnibus, adeò abhorrere debet bonus quisq;, vt à morbo maximo lethali. Scribit enim doctissimè Hippocrates, cuicumq; ætati luxuriam esse turpem, an sene ctuti turpissimã, quòd ea nil aliud sit, quàm comitialis morbus leuior. Quamobrẽ Cardinales à luxuria caueant, quæ est inimica

a Aug. de Ciuit. Dei. c. 25.

Deo, & omnem substantiam perdit, [a] Non sint corpore casti tantum, verum etiam volũtate, cum dicat Dominus, qui viderit mulierem ad concupiscendam eam in corde suo, iam mœchatus est, eam enim continentia laudem meretur, non quæ necessitate abstinet,

b 32. q. 5. c. si cut. n.

sed quam complectitur bona voluntas. [b] Habeant pudicos oculos, quoniam pudicus oculus ianitor est cordis, sedet ad ianuam, neq; permittit introire quod noceat, nihil nunciat, nisi decens, quicquid indecens nouerit esse,

ſe, excludit. Impudicus verò quærit, quod placet, per omnia diſcurrit, volentes ingredi permittit, patiturq; nolentes verò monet & hortatur.[c] D. Paulus,[d] quod vis aliud hominis peccatum extra corpus eſt, qui verò ſcortatur in proprium corpus peccat, an neſcitis, quòd corpus veſtrum ſit templũ Spiritus Sãcti, &c. Non regnent igitur peccata in ipſis, vt iuxta concupiſcentiam optemperent Deo noſtro, neq; membra præbeant peccato inſtrumenta iniquitatis,[e] ſcortatores & mœchos iudicabit Deus, & alibi Paulus, mortificate membra veſtra terreſtria, ſtuprum, immundiciam, malitiam, concupiſcentiam malam, atq; auaritiã, ſimulacrum cultus.[f] Animaduertant, quòd quęcunq; ſeminauerint, hæc metent, quoniã qui ſeminat per carnem ſuam, de carne metet corruptionem, qui verò ſeminat per ſpiritum, de ſpiritu metet vitam ęternam.[g] At manifeſta ſunt opera carnis, videlicet ſcortatio, adulterium, immunditiã, laſciuia, ęmulatio, ira, concertatio, ſeditio, inuidia, cædes, ebrietates, commenſationes, & his ſimilia, quę deniq; à Cardinalibus ſunt vehementer fugiẽda alioquin Dei hæredes non erunt.[h]

c Hugo de Clauſt. lib 4.

d 1. Cor. 6.

e Paul. ad Rom. 6.

f Paul. ad Coloſſ. 3.

g Paul. ad Gal. 6.

h Paul. ad Gal 5.

Insequendo. Cap. XXIII.



NDORVM Philosophi ocij adeò inimici extitere, vt & ipsi eorum, quæ illa die egissent, rationem redderent, & adolescentes ad id faciendum compellerent priusq; accumberentur: quamobrem si quis neglexisset à cœna expellebatur pro certo habẽtes multorum scælerum causam esse ociũ. In Sardinia autem adeò ignauia mulctabatur vt necesse haberent ociosi quibus viuerent artibus magistratum èdocere. Hinc apud Aegyptios ochus hoc est asinus, appellabatur, vt ignauos homines bruti omnium stupidissimi ignauiæ carperent, quæ quidem adeò vicijs omnibus viam aperit & perditissimus humanæ naturæ hostis in Adamo omnium parẽte decipiendo, non alio telo vsus fuerit. prius (inquit ille) beatas ociũ perdidit vrbes. Quare hinc fictum dixerim, vt fingerẽt Póetæ in Syluis Dianam venari sapientiæ Deam, nimirum vt Veneris ignem extingueret, qui

 maxi-

maximopere ingenijs officiat, meritò itaq; in adoleſcente dementia erit ocium, in ſene autem crimen omnium maximum, diligentia verò ſtimulus maximè laudabilis, quo ad gloriam, & honorem incendimur. Et ſanè quam multis ſeditionibus ocium viam aperuerit, nemo eſt, vel mediocriter in hiſtorijs exercitatus, qui ignoret. Longè difficilius fuerit ocij quàm negotij rationem reddere, efferetur licentia animus, omnia audet, omnia cupit, & peruersè agere diſcant, neceſſe eſt. Vnde Poëta.

*Quæritis, Aegiſthus cur nam ſit factus adulter?*
*In promptu cauſa eſt, deſidioſus erat.*

Quòd ſi vnus tantum, qui in ocio degat, toti ciuitati odio exiſtit, aut familiæ vniuerſæ quantò magis curandum erit, vt è ciuitatibus benè inſtitutis cauſæ, & ſemina vitiorum eijciantur? Vtinam leue eſſet hoc malum, & nõ Italiam tantum, ſed Europam etiam non inuaſiſſet vniuerſam. Turcæ barbari homines, qui optimè Chriſtianorum ſegnitiem nouerunt. quoties prælium nobiſcum committendum eſt, cum porcis benè pinguibus rem eſſe dicunt. Athenis diu manſit lex, vt ocio cõ-

demnati

demnati capitis pœna plecterentur; neq; filius, qui nulla arte prædirus esset patri alimenta præstare, compelli poterat, & singulis annis, sicuti antea diximus, suæ artis rationem quisq; reddebat. Ingenium turpi marcessit ocio, nisi exerceas, & rubigine veluti ferrum exeditur. Quamobrem turpe ocium expellédum esse pro viribus nemo negabit. Inuidet semper ociosus alienis, rerum nouarum summopere studiosus, fucis, qui melle alieno pascuntur maximè similis, quos ab aluearibus apes expellere Póeta inquit, & tritum est adagium non fauere Deos desidiosis, & ignauibus, quos maxima consequatur egestas necesse est Omnia me hercule ocio contabescunt, agrum nisi scindas, fit sterilis, aer, vbi ventis non agitatur, corrumpitur, ignis extinguitur, nisi excites, aquæ nisi fluant locum minimè salubrem efficient, vires deniq; humani corporis omnes sine exercitatione intereunt. Adhibendus tamen modus, ocioq; honesto fruendum. Vndè Póeta.

*Sic quoq; mutatis requiescunt fœtibus arua,*
*Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ.*

Ita in studijs literarum, ita in omnibus re-

bus

bus fieri videmus, recreantur enim animi, fiuntq; alacriores per ocium ad laborem, vndè vberiores fructus proueniāt, necesse est. Quare nemo Cardinalium sit ociosus in sermone nempe ab ocioso in absurdis dilabimur, quoniam non est hoc tempus ocij, & consolationis, sed laboris, & quærelæ, & vt sapiens prodit, tu verò scurram agis, quis athleta in stadium ingressus omisso certamine, cum aduersario vrbana iactat dicta. Adstat Diabolus circuit rugiens ad rapiēdum, omnia mouet, omnia voluit in caput tuum, & machinatur, vt è domo te extrudat, strepit, dentibus fremit, ignem suflat contra salutem tuam, & tu sedes vrbanis dictis te oblectans, & stulta loquens, ac ea, quæ non decet ore profers. Nempè animaduertant quòd ocium omnium malorum radix est, malitiam docens, ac etiam est virtutum hostis.



T D

## De Volvptate A dd. Cardinalibvs Amputanda. Cap. XXIV.



IHIL aliud voluptatem esse dicemus, quàm lætitiá præter modum elatá; opinioné præsentis alicuius boni. Quamuis autem, & in bonam, & in malá partem verbum istud accipiatur, nos tamen de voluptate virtuti inimica, atq; malorum omnium matre acturi sumus; quæ corpora, animosq; ita suis illecebris corrumpit, vtiquæ bona sint cognoscere nullo pacto possimus, quamobrem cane peius, & angue (vt dicitur) fugienda est, & ad virtutis pulchritudinem confugiendum, quam intueri oportet Cardinales quo adusq; amore eius incensi, ab ipsa tanquàm à magnete ferrum arripiantur, & nunquàm ab ea recedant. Quàm rem Poëtæ, qui miris modis humanam vitam, suaui quadam delectatione instruunt, sub Proteo maris

ris Deo pulcherrimo docent inuento. Cùm enim homo voluptate perfunditur, stultitia eum, ferocitate, & dolo comprehendi necesse est; quę quidem, dum imperant, efficiunt, vt diuinum illud nobis cum Dijs commune obruatur. Nam Proteus se se in varias conuertit formas, tunc autem suis ipsis viribus pollet, cum virtute mõstra illa èdomuerit, quòd vtiq; erit cum vitijs omnibus carebimus. Voluptas, quibusdam sine vllo fructu illecebris, rationis lumen extinguit, ita vt illorum vox, qui voluptatem bonum existimant, non hominis censenda sit, sed pecudis (inquit M. Cicero) infinitos profecto luctus, atq; dolores parit, momento autem temporis recedit, vt si abeuntem aspicias, nil aliud præter molestiam relinquat. Nocet empta dolore voluptas, ait ille, neq; verò ipsa tantum per se malũ est, aciem malorum dixeris. hinc iniuriæ, dissidia, seditiones, odia, obliuiones, & huiusmodi quam plurima, altera quidem manu mel præbet, altera (vt in prouerbio est) venenum occultat, atq; aculeum; Vndè Diogenes, malo, inquit, insanire, quam voluptate perdi; & Pythagoras ei, qui se malle dicebat esse inter
 mulieres

mulieres, quàm inter Philosophos. Sues quoq; inquit, in luto potius, quàm in aqua volutantur, sentiens hostem magis contumeliosú nemini accidere posse, quàm ipsa sit voluptas, quæ homines penitus obruit. Quid enim sibi vult aliud Circis fabula, quæ veneficijs inferas homines conuerteret, nisi eos, qui turpiter se voluptati dederint, à brutis parum differe? libido itaq; in vrsos, ignauia in sues, ferocia in Leones, rapina in Lupos conuertit: atq; eo modo de cæteris. in ea vertimur bruta, quorum vitia complectimur. Virtus illa est, quæ voluptates depellit tanquàm è propugnaculo rationis, neq; patitur se ab hoste omnium teterrimo vinci, atq; profligari, qua si armati fuerint Card. atq; ornati, facilè voluptates istius generis contemnent, atq; victores extabunt contrà aduersarium nostrũ; quorum arma sunt voluptates ipsæ ad captiuandum Christianorum animos.





## De Ingratitvdine A dd. Card. Punienda. Cap. XXV.



Hilonem Lacedemonium iam ſenem multis exaudientibus dixiſſe proditũ eſt, quàm diu vixiſſet, ne ſemel quidem ingratum alicui extitiſſe, quòd ſanè maximè ſibi laudi fore exiſtimabat; videbat .n. nullum vitium ſocietati humanæ, aut naturę magis aduerſari; neq; ſine cauſa illa aduerſus ingratos extat ſententia. Erit mœrore illius domus, qui pro officio, & gratia, iniuriam & odium reddit. Hippocratides cum ab eo quæreretur, quomodo ingratos animaduertendum eſſet; pœna (inquit) capitis ingrato eſt imponenda, in exilium verò pellendus, qui metum, aut ignauiam officio ſuo defuerit, filios

lios etiam patriæ poteſtatis vinculo liberatos, ſi ingrati extiterint ſub eodem iugo leges reuocare iubent, & libertos grauiter caſtigant. Qua de re lex apud Athenienſes erat huiuſmodi. Seruus eſto, cum liber eſſe neſciueris, dominoq; ingrati actio aduerſus ſeruũ competebat. Ingratitudo donationem perfectam reuocat. Ventus qui diſpergit, & exſiccat mi mericordiæ fontem ac pietatis noſtræ non in ſimis viris appellatur, à ſuperbia ipſa promanans. Nimirum exiſtimat genus hoc hominum, omnia ſibi deberi, itaq; neq; gratiam quidem habet, beneficiorũ memoriam abijciens. Miles quidam Philippi Alexandri patris naufragium fecit, fortuna tamen, & natādi peritia adiutus, ad littus delabitur, ibi breui itinere confecto ad ruſticum quendam deuenit, qui illius calamitate audita humaniter eum excepit, ingratus miles vbi animum, corpusq; à tempeſtate, & metu cõfirmaſſet, à Rege dari ſibi prædium hoſpitis petijt, impetrauerat, cum agricola apud Regem quæritur atq; militis ingratitudinem accuſat, itaq; Philippi iuſſu naufragus exautoratur, villaq; Domino reſtituitur. Ingrati ſymbolum fuit Cuculus,

culus, qui labore, & opera paruæ auiculæ natus eam crudeliter dilacerat, sic Aquilę pullus, è nido eiectus illam, quæ eum fouit, è cuius rostro toties cibum accepit, hostiliter insequitur; vndè qui conuicijs omnibus aliquē onerare velit, ingratum appellet. Mirum quā topere huiusmodi vitio pleriq; hominum laborent, vt sæpissimè pro meritis, & officio, incommoda, & iniurias multi reddant. Timoleon, cui patriæ salus charior, quā fratris fuerat, tanquàm fratrem interfecisset, malè audiebat. Socrates omnium Philosophorum sanctissimus, quòd malè de Dijs sentiret accusatus, morte affectus est. Themistocles, ac Milciades post clarissimas, & innumerabiles de hostibus victorias, suspicionem proditionis Gręciæ vniuersæ non euitarunt; in exiliū Theseus abijt; apud Romanos Camillus; Apollodorus Architectus ab Adriano vrbe pulsus, posteà etiam interfectus. Ambitus crimen subijt Rutilius. Quintum Sipionem ad scalas Gemonias trucidatum legimus. Postremò ne diutius immoremur, Aesculapius ipse, qui tam multis hominibus vitam, salutemq; restituerat, fulmine ictus interijt, adeò omnia

in-

ingratitudo occupauit; imitatos hac in re homines columbas diceres, quæ matrē vbi adoleuerint rostro petere consueuerunt. Verùntamen officij nostri memores, nullum rectè agendi locum, nullam occasionem prætermittere debemus; cum virtutes fermè omnes hac vna labe adeò coinquinentur, vt splendorem omnem amittant. Quamobrem quisq; Cardinalium pro virili ab huiusmodi vitio abesse studeat, semper cogitans quomodo beneficium minimè senescere patiatur. non reddat mala pro bonis, alioquin mala non recedent à domo eius. [a] Ingratus est, qui plenus virtute Deum non timet, in hoc enim quisquis peccat, tantò magis est reprehendēdus, quantò Deo est acceptior, vndè Adam plus peccauit, quoniam omni bono abundauit, [b] sic Cardinales magis à Deo, quàm alij honoribus, & diuitijs honestantur, peccantes eò etiam magis punientur D. Io. Chrisostomus, quantum maiora beneficia sunt hominibus constituta, tantò grauiora peccantibus iudicia. Et sapiens prodit, nihil sic Dei indignationē prouocat, sicut ingratitudo, ipsa enim est malorum prouocatio, beneficiorum exinitio

[a] Prou. cap. 17.

[b] De pœnit. dist. 5. cap. confident.

stantio, meritorum exterminatio, & virtutum dispersio.

## De Crudelitate A' bo. Card. Fugienda. Cap. XXVI.



POstquam superioribus egimus de clementia, facilè illis animaduersis vnusquisq; quàm detestabile sit crudelitatis crimen iudicabit: cũ contrariorum eadẽ sit ratio; veruntamen non pigebit etiam, vt res magis pateat, exempla ob oculos ponere; rectè itaq; vt à Græcis ordiamur, ac sapienter Solonem fecisse nemo negabit, qui leges à Dracone latas, eo quòd rigidæ, ac seueræ nimis essent, àbrogauit. Crudelis Ponti Rex Mithridates, qui Asia vniuersa intercepta, clàm misfit literis ad principes vniuersos regionis, intra triginta dies, italos omnes cum vxoribus, & liberis interficere, & cadauera eorum abijcere iussit. Domitiano Mineruam, quam ipse domi colebat in som-

nis appatuisse comperimus, atq; præmonuisse eum, vt sibi caueret, se non posse, propter nimiam eius sæuitiam ipsum amplius tueri, quod Iupiter potestatem sibi omnē ademisset propter huiusmodi facinus. Quid Caligula? húc semper in ore dictum illud habuisse ferunt. Vtinam Populus Romanus vnam ceruicem haberet, quæri solebat insignis hic Imperator, quòd nullis publicis ærunnis sua tempora essent insignita. De Nerone quid dicemus, qui præceptorem Senecam, & Matrem interfecit? Cassio quoq; Iurisconsulto oculos effodit, neq; etiam ab ipsius vxoribus abstinuit, atq; eo dementiæ progressus est aliquando, vt iusserit incendi vrbem, neq; ad reliquias priuatarum rerum aliquem occurrere patiebatur, eo incendij spectaculo se oblectari aiebat referre enim Ilium à Græcis incensum. Non tacebo Marium, & Syllam, quorum inmanitatem vrbs ipsa, atq; Italia omnis experta est, portenta sunt, quæ de Mezentio narrantur, qui iungens cadauera viuis hominibus, ità vt manus manum, facies faciem contingeret, sic miseros necabat. Cambyses Persarū Rex in fratres, & sorores sæuiēs, nec templis,


nec Deorum signis pepercit, quin diuina atq; humana omnia facinoribus suis inquinaret. Prætereo Scytarum Regem veluti barbarum hominem, qui crudelitatis spectaculis mirum in modum oblectabatur. Hunnorum Rex Attila Italiam omnem ferro,igniq; vastauit,se ipsum Dei flagellum vulgo appellans, nullus huic homini,ne dicam beluæ Dei cultus,nulla pietas,nulla fides,nulla religio. Inauditum immanitatis exemplum addemus, vt intelligi possit nihil esse tàm sanctū, quòd non crudelitas violet. Cacanus Auarum Rex Forum Iulium obsidebat vrbem tunc temporis florentissimam, interfecto Gisulpho eius Regulo,cuius coniux Tomilda præsidio satis valido vrbem tenebat. Accidit autem, vt barbarus Rex egregia forma, atq; ætate integra iuuenis circum mœnia, vt fit, obequitans à Regina conspiceretur, quæ illico eius amore capta nuncium ei misit, qui de deditione vrbis ageret, si eam in vxorem accipere vellet, cui Rex libenti animo omnia pollicitus iureiurando confirmauit; vrbe accepta, vt fidem seruare videretur,nocte nam pro coniuge Reginam habuit; deinde mulieris libidinem va

lidis militibus ludibrio ſubiectam omni de-
decore, & iniuria affectam, pròh barbaram
immanitatem; palo eam affigi iuſſit. Quam-
obrem hoc vnum ſufficiat exemplum ad cui
tandam hanc labem, quæ naturæ maximè ini-
mica auget hoſtes, adeoq́; in odium, & inui-
diam rapit, vt neceſſe ſit crudeles in eam cō-
pelli ſæuitiam, quam ipſi in alios exercuerūt.
Non ſint ergo Card. crudeles, quoniam cru-
delitas in gehennas nos ducit. D. Hierony-
mus ſicut miſericordia ſurſum eleuat ad De-
um, ſic deorſum crudelitas in infernum dei-
a 23. q. 5. c. non eſt. cit. [a] Sint autem ſeueri in vitijs puniēdis, ſed
moderatè, atq; ordinatè puniant. Animaduer
tantq; ſi proximo ſubuenire non poſſunt, niſi
cum alterius damno; commodius eſt neutrū
b Ambr. de off. lib. 3. cap. 5. iuuare, quòd alteri obeſſe. [b] Non ſint etiam
in domibus proprijs nimium crudeles, aut in
c Sen. lib. de clementia ad Neronē. alienis nimium humiles, [c] quoniā, vt inquit
Sapiens crudelitas in profundum eos detru-
det, à quo nunquam egredientur. Exerceant
ſe ipſos pietate, non autem ſæuitia, quia pie-
d 1. Tim. 4. tas ad omnia vtilis eſt, [d] & in ore piorū multi
e Eccl. 27. plicabit laus; [e] ac Domini donum cum pijs
remanet; res pauperum, & Eccleſię non oc-
cupent,

cupent, quoniam prędonum crudelitatem superarent xij. q. 1 1. c. gloria; alioquin si crudeles, & impij fuerint à facie Domini summo detrimento expellentur. f

f Deut. 9. Iob. 20. & 40. Prou. 11.

## De Arrogantia Audi Card. Detestanda. Cap. XXVII.



VTinam Socraticum illud assiduè ob oculos habere mus, de propria vniusculusq; cognitione; nam cuicunq; innotesceret se ex fimo, & aqua fuisse procreatum à Deo Opt. Max. itaq; cur se iactaret, cur tolleret spiritus? est siquidem arrogātia, vt inquit Salomon abominatio Domini, à qua semper hæreses omnes promanarunt, cum eæ nihil aliud sint, quam singulorum, aut plurium obfirmata opinio contra Romanam Ecclesiam, qua quidem in re summam inesse arrogantiam negabit nemo. Quid in tantum tibi tribuis, vt vnus existimes intelligere quòd tam multi viri, tot secula non intellexerunt? neq; aliud ipsa hæresis interpre-

tatio

ratio ſonat, quam electio alicuius opinionis contra fidem catholicam. modeſtiæ arrogantia eſt hoſtis, ita quòd homo impudens per eam ſibi vanam comparat autoritatē, ſuperbiæ filia, comes ambitionis, quæ homines abſq; diſcrimine vllo virtutis, aut meritorum ad honores adipiſcendos impellit. Quamobrem etiam ſi tot ſcœlera minimè ex ea tanquam radice pullularent, eſſet tamen extirpanda, vt inuidia, & odium euitetur, aut ſi in illa iam incidimus corrigantur. Præclarè Epaminundas, qui conſueuerit hilari vultu, non ſine vnguentis, & odoribus etiam prodire in publicū, poſtridie tamen eius diei, quo apud Leuctras pugnatum eſt à Thebanis, de miſſo vultu, & impexo capite in forum deſcendit, cumq; amici ab eo quærerent, quid nam illud eſſet, an moleſti aliquid accidiſſet; minimè, inquit, ſed quoniam ſenſi mihi heri pluſquam par erat placuiſſe, intemperantiam illam caſtigo. nihil ſanè aliud metuit, quàm arrogantiam. Nemo ſe ſapientem exiſtimet, vnus etenim Deus eſt ſapiens, inquit Thales. Cum inuenta aurea menſa Mileti fuiſſet quā Phœbus ſapientiſsimo dono dari iubebat,

Ciuitas autem vt Thaleti daretur decreuerat, at ille magnitudinem tantæ laudis minimè in se agnoscens, mensam illam Appollini deberi interpretatus est, quod Deus verbis illis innuere voluisset, Deum vnum esse sapientem. Heraclitum aliquando riserunt Ephesij, eò quòd affirmaret neminem audiuisse, à se ipso didicisse omnia. Quātò maiori laude dignus fuit Socrates, qui frequentissimè dicere solebat, se hoc vnum scire, quòd nihil sciret, cum tamen Delphico oraculo sapientissimus esset habitus? Quid Pythagoras? qui vt arrogantiam euitaret, non sapiens, sed sapientiæ amator voluit appellari? Sapiens se ipso contentus est, nihil quærit vlterius, mundo similis, qui totus rotundus, omnia in se continet. Moyses ille diuinus legum lator Deuteronom. de ipso loquens sic inquit, hæc sunt verba, quæ loquutus est Moyses. Sic Iob: Vir erat in terra Hus nomine Iob. Et Ioannes: Hic est discipulus ille, qui testimonium perhibet. Qui quidem Sancti viri, ita de se ipsis loquuti sunt, vt minimè arrogantes essent. Nec arrogantiç ascribendum est, si videmus Paulum Apostolum, & Augustinū se habere

 Spiritum


Spiritum Sanctum aliquando dixisse, aut Prophetis pares esse; & alij etiam ex prophanis scriptoribus se ipsos comendauerint, vt M. Cicero, & Imperator Iustinianus, licet enim preclaris viris hoc facere, illis videlicet, qui omnem excedunt inuidiam, vera nanq; loquuntur, & alios ad virtutem inuitant, quam pulchrè Poëtæ, vt Thamiram arrogantiæ accusarent, fabulantur eum captum fuisse oculis, propterea quòd musas in certamen prouocasset, atq; ita musicam didicisse. Quid Arachne? quæ quoniam de lanæ opificio cũ Pallade decertare voluisset, in araneam conuersa est. Antigona à Iunone, quòd se pulcherrimam esse iactaret in Ciconiam est cõmutata. Arrogans eruditionis suæ opinione adeò insolens est, adeò se ipsum diligit, vt dicas, vel Epicurum ab inferis excitatum illã sumpsisse personam; nam epicurus adeò inneptiuit, vt se tantum sapientem diceret; & cum institutores suos admodum contemneret, à suis tamen discipulis, veluti Deum coli voluit, at Palemon grammaticus eò dementię progressus est, vt literas secum, & natas, & perituras etiam affirmaret, compósq; illius

ætatis doctos viros contemnere ausus est. Quinimo M. Varronem literarum porcum appellauit. Quid Leontinus Gorgias? hic in maximo doctisſimorum hominum conuentu profitebatur ſe de qualibet re propoſita absq; vlla præmeditatione, ornatè dicere poſſe. Ex noſtris autem, Sophiſtæ omnes publicè, priuatimq; hoc faciunt. Ridendus ſanè Menecrates ille medicus, qui iouis cognomine delectabatur, & Ageſilao Regi ſic de ſe ſcribere non erubuit. Menecrates Iupiter Ageſilao Regi. Deceptor poſtremò humani generis omnium maximè arrogans ſummo rerum omnium opifici dicere auſus eſt. Hæc omnia tibi dabo, &c. hanc belluam non modò imitati illi ſunt, quos ante recenſuimus, ſed longè plures ſilentio omiſimus, ne nimis longus eſſet ſermo noſter, vt maior ille Cato, qui dicebat multò maiora Pop. Rom. ſibi debere, quam ipſe Pop. Rom. Inuentus eſt Chryſippus, qui omnia ſcire profiteretur, quemadmodum Heraclitus, ita vt populus ſæpe illud iactaret. Vnus ſapit Chryſippus, cæteri omnes veluti vmbræ. Hippias quoq; in vniuerſo Græciæ conſpectu idem de ſe aſſerere non dubitauit.

uit. Buturius Romanus quidam ciuis morte mulctatus est, propterea quòd arroganter satis Tribuno in foro deambulanti non cesserat via. Pompeius Magni filius arrogans, qui victoria nauali potitus Neptuni filius vocari passus est. Senex quidam Phormio, qui nunquàm structam viderat aciem, coram Duce rei militaris peritissimo Hannibale de re bellica disputauit copiosissimè. Metellus Ludibrio fuit omnibus, eò quòd diceret nullo modo se cum Sertorio esse comparandum. Non præteribo Heracleontem Zeusim, qui cum gladiatorem aliquando pinxisset, subscripsit tabulæ. Inuisurus pictor potius quàm imitaturus. Helenam quoq; adeò præclarè expresserat, vt affirmaret talem partu Lædam minimè edere potuisse, nec Homerum suis carminibus veriorem exprimere, tabulas hic suas donabat, parem emptoré inueniri minimè posse asserens. Nec etiam Parrhasius, quanuis se artis Principem diceret. Superiori verò ætate (vt recentiores quoq; nominem) Florẽtinus quidam Donatus statuarius egregius, ambitione, itidem incensus, cum Florentiæ in summo maioris templi fastigio D. Virginis statuã

affabre perfeciffet, colaphum eidem infringens, loquere, exclamauit, quasi nihil præter spiritum effet, quòd in ea defiderari poffet. Democritus aiebat in ducendis lineis, omnes fe fuperaffe. Attila fe ipfum Dei flagellum appellare confueuerat. Scyta Tamerlanus terrorem fe gentium afferebat. Darius Regem Regum, Dijs ipfis progenitum, Magniq; Alexãdri Dominum: Hi omnes, quos memorauimus, viri alioqui præclarisfimi virtutes fuas deterrimo arrogantiæ vitio obfcurarunt: Quapropter fugiant Cardin. per Deos velis (vti dicitur) remisq; hoc deteftabile crimen: Quid enim faftu, & arrogantia turpius, quæ verè dicta eft ab antiquis inanis gloria, nihil intus habens quòd vtile fit. Elatus eft femper arrogantium animus, & ad fublimia femper fertur; Quamobrem Card. fummopere ab arrogantia fuperbiæ filia caueant, nempè laude fumma digni erunt, fi feipfos propter arrogantiæ crimen, omnium malorum deterrimum, Deo atq; hominibus inuifum, odio habuerint.

De Cvriositate A dd. Card. Euitanda. Cap. XXVIII.



Pportunè se nobis illud offert, quæ supra nos nihil ad nos; & illud in Euangelio, qui in oculo fratris vides festucam, in tuo autem contemnis trabem: nihil enim aliud his locis commonemur, quã ne simus admodum curiosi in rebus alienis. Socratem ferunt aliquando non nullos interogasse, cur semper de moribus dissereret, de astris nunquam, quibus sapientissimè respondit: non esse perscrutanda quæ Deus Opt. Max. abdita esse voluit; sicuti etiam inuestiganda sunt, quæ cognita esse voluisset. Hac de causa etiam curiosos appellabimus nostri temporis sacerdotes, qui sumptibus Ecclesiæ, non sibi scientias illas parant, quibus & se ipsos, & cæteros sanctè, atq; vti decet erudiant, sed illas potius, quæ nihil ad se attinẽt, velu-

veluti sunt Philosophi, ac Pöetæ, interim disciplinæ leges. & Sanctorũ scripta post habentur. Lex Thuriensium vetuit in Comædijs accusari ciues, nisi curiosos, quos maximo odio prosequebantur, venatores imitati, illi enim canes huc illuc oberrare non patiuntur, ne quem libet odorem sequentes ad omnia spectanda, aut audienda excurrant. Quid quòd trium horarum spatio immutata omnia existimant, & an quid noui acciderit subinde quærunt? Apud Locrenses malè mulctabantur illi, qui nouis intenti rebus essent. Ferunt aliquandò Antagoram cũ piscem coqueret in tentorio deprehẽsum ab Antigono, quem cum interrogasset Rex; quid Antagora censes ne Homerum cum Agamemnonis gesta caneret congrum coxisse? tum Antagoras, quid tu, censes Agamemnonem in castris curiosum ita fuisse? Habebat Alcibiades canem forma insignem, nempè drachmarum septẽ millibus emptus fuerat, cui cum caudam abscidisset, permisit, vt per vrbem vagaretur, quòd factum cum multi admirarẽtur, & causam quærerent; vt de me Athenienses, ait, loquantur, neq; rerum omnium sint curiosi.

Et

Et profectò nihil aliud est curiosũ esse, quàm sciscitatorem rerum, quæ minus ad se pertinent; quare huiusmodi omnes malos esse necesse est. Itaq; quis non videt quantopere sint fugiendi. Reprehendendus etiam Antoninus Pius, qui Omuli domum ingressus admiratus est columnas marmoris egregij, vndeq; eas habuisset, quæsiuit: Cui Omulus, in ædibus, inquit, alienis mutum, atq; surdum esse decet. Aegyptius quidam infimæ sortis homo, cum aliquid pannis inuolutum gestaret, percontatus est idem Imperator, quid nam illud esset, at qui, inquit ille, ideò obuelatum est, vt nemo cernere possit. Curiosorũ hic est mos, vt lynceis oculis aliena cernere vitia, sua verò vix conniuentibus spectare; similes mea quidem sententia illis, qui sine fame, & siti, cibo tamen, atq; potu se ingurgitant. Aut verius testudini, nam ea si caput nimium protulerit, periclitatur. Chyron Herculis arma, quę hospitio susceperat tractare cępit, itaq; sagitta in pedem eius decidit, quæ illi lethale vulnus intulit, atq; inde natum adagium Chyronium vlcus. Exépla igitur huiuscemodi Card. doceant, vt non modò à rebus, verum etiam

 dictis,

dictis, & factis alienis manus, oculos, & aures, vt egregiè Plutarchus monet, auertant. Fugiant ergo curiositatem, quæ vitium maximum est, [a] intellectus, & sensus. Quamobrē superuacanea nimiū perscrutari nolint, aut in eorū actionibus, curiosos esse, quæ supra se ipsos sunt minimè quærentes, [b] in quærentibus ea, quæ non sunt, sæpissimè occultātur. [c] Non sint curiosi ad alienā exquirendā vitam, desidiosi ad suam corrigendam. [d] Non scrutētur ea, quæ Deus occulta esse voluit, quæ verò manifesta facit, nō negligant, ne in illis immeritò curiosi, in his iustè inueniantur ingrati. [e] Deniq; sacras literas, non secundum singularem cuiusq; sapientiam exponant, quod curiosi satis est vitium, sed iuxta sanctorum Patrum traditiones ipsas intelligant.

a Thom. secunda secū dæ q. 167.

b Eccl. cap. 3 Sirach. 3.

c D. Augu. contra Manic. lib. 1.

d Aug. lib. 10. confess.

e Greg. homil. 36.

## De Pertinacia A DD. Cardd. Profliganda. Cap. XXIX.




Arthaginensium Dux Hannibal vincere pertinacem virtutem in re militari omnes difficultates dicere solitus est. Non tamen alio-

rum

rum edocti exemplo maximum malum pertinaciam esse dicimus. Etenim Card. is dicetur pertinax, qui pręcipienti non paret Pontifici, aut impudenter alienum possidet obstinato animo, quemadmodum illi, qui in hęresi aliqua obstinatè morantur, quæ quidē nil aliud est, quàm erratum pertinax aduersus CHRISTI fidem, duo maxima complectens crimina, nimirum errorem, & voluntatē in pertinacia, quanuis autem aliquando etiam in bonis pertinacia dicatur, tamen in malis propriè appellare eam consueuimus. at perseuerantia in rectè factis dicetur, neq; ipsa absolutè appellatur virtus, sed quasi iter ad virtutem, quinimo aliquando punitur, quemadmodum, si aliquid perperam iratus egerit firmum id non habebitur priusq; perseuerãtia declaret se ita facere voluisse, nos tamen huiusmodi exempla minimè mouere debēt iuxta illud. Qui autem perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit, nimirum hæc verba in Card. rectè agendo intelligi debent, & alio loco firmabo regnum eius in ęternum, si perseuerauerit facere præcepta mea. Et Paulus Quem diligit Dñs castigat, flagellat autem

omnem filium, quē recipit in disciplina perseuerare. Atq; vt ad pertinaciam reuertamur, cui proprium hoc vitium fuerit, is mulierculæ similis erit. At perseuerantiam Cardinalis viri religionis nostræ sanctissimi medium appellauerunt ad præmium, nutricem meritorum, patientiæ sororem, constantiæ filiam, amicam pacis, amicitiarum nodum, concordię vinculum, probitatis propugnaculū, cuius profectò virtutis optimum exemplar fuerit Eleazarus, qui omnes cruciatus acerbissimos in morte pertulit, neq; tamen illis tormentis de constanti sententia depulsus est.

## De Æmvlatione A dd. Card. Vitanda. Cap. XXX.



Itivm hoc inter pares esse perpulchrè ostendit Hesiodus vbi inquit.

*Æmulus est figulus figulo, atq; fabro æmulus artis.*

*Protinus est consors.*

Æmulatio nihilominus laudanda est, si à studio quodam virtutis eiusdem proficisca-

tur, non autem à simultate, & inuidia; tunc enim magnopere accusanda esset, vt de Pompeio legimus, qui quidem æmulatione incensus à Senatu obtinuit, vt Lucullo, qui Mithridatem prope Popul. Rom. subegerat vna cũ Tygrane Armeniæ Rege succederet. Itaq; exiguo postmodũm labore ingentem victoriam reportauit; cum autem Lucullus dę Pompei aduentu audiuisset, eum accedere, dixit, non ad bella gerẽda, sed ad vmbras, & simulachra bellorum expugnanda. At rectè Theseus Herculis præclara facinora imitatus est, sic Cæsaris Marcellus, vt Cicero testatur. Sic Aristoteles Platonem est imitatus, sic Mar. Tullius Demosthenem, Virgilius Homerum, Plautus Epicarmum, & multi probi, ac docti viri, qui sibi virtutis atq; doctrinę exempla imitanda proposuerunt; Hannibalem scribunt Herculem secutum, quem primum alpes in Italiam aperuisse compertum est. Refertæ sunt veterum memoriæ monimentis huiusmodi, & quamplurima in hanc sententiam de magno Alexandro leguntur. Cùm enim deuictis Indiæ populis ad rupem admirandæ vastitatis peruenisset, vbi multi profugerant hostes, audiens

diens Achillem ab illa expugnanda terremotu absterritum, maiori tunc alacritate rem aggressus per summum laborem saxum cœpit, populis in deditionem acceptis, Itaq; ob præclara Achillis facinora incensus, cum ab eo quærerent quidam, an citharam Paridis videre vellet, minimè, inquit, sed Achillis; qua quidem non amores Veneris, sed fortissimorum Heroum facta celebrauerat; Itaq; Ilium ingressus, Homeri lectione edoctus singulas Achillis res oculis, & memoria prosequebatur, ad præclarissima facinora obeunda incensus. Alexandri statuam quidam Cæsari ostendebat Gadibus, itaq; ibidem se incensum esse fatebatur ad difficillima quæq; superanda. Atq; hoc eodem modo diuinus Plato Socratis doctrinam sequitur, Horatius Ennij, & Pyndari, neq; vllum inuenias laudatum, qui non aliquem ex veteribus sibi proposuerit. De Themistocle autem illud dici solet: Triumphum Milciadis ad virtutem eum excitasse. Sic itaq; laudis studio voluptates malorum omnium illecebras edomuit. Traianus quoq; Imperator Plutarchum institutorẽ suum non modò in re literaria, verum etiam in omni ge-

nere vitæ ſecutus eſt, Præclarè igitur Card. illi faciunt, qui ſummorum virorum geſta ſemper præmanibus habent; vt cum ab ipſis cogniti fuerint, laudent laudatos, ament, atq; imitentur, neq; enim aliud eſt æmulatio, quā ardor quidam illis in rebus agendis, quas illi egerint, aut maiora etiam. Idem in Eccleſiæ rebus, ſapientes quoſq; viros facere animaduertāt, vt aliorum, qui ante ipſos eundem locum maxima cum laude tenuerint, res geſtas diligenter intueantur. Exempli cauſa, quid Plato docuerit, quid Epaminundas egerit, quid Ageſilaus, quid cæteri, qui ſuis virtutibus gerendis claruerunt, vt quicquid ſapienter illos feciſſe, aut reſpondiſſe compererint, imitentur; contra verò, ſi quid improuidè, aut ineptè, euitent. Cæſar cum Germanis pugnaturus pro concione dixit, ſe nullius opera, niſi legionis decimæ vti velle, quibus verbis omnes alias adeò incitauit, vt acrius res geri nuſq; potuerit, decumanorum fortitudine collaudata, pudore alios affecit. Citharedos quoq; & cantores, ſi ſolos canere iubeas, languidam prope muſicam audies, quod ſi alios canentes, quos æmulatione proſequantur, habue-

habuerint, illorum animos, & instrumentorũ cordas acuratius intendisse animaduertas, & multò suauiores modos facere. Sanè æmulatio plurimarum virtutum, atq; artium inuentrix extitit, quemadmodum enim rubigo ferrum exedit, nisi exerceatur, sic ingenia studium, & æmulatio acuunt. Quintus Maximus apud Salustium ait, Cum maiorum imagines intuemur, animum ad virtutes accendi vehementissimè, atq; inflammari non cæram illã videlicet, neq; figuram tantam vim in se habere, sed memoria rerum gestarum, eam flammam egregijs in corde viris crescere, vt non prius sedari possit, quàm famam, & gloriam adęquarint; gloriæ studium pericula, & labores omnes contemnit. Itaq; nulla ciuitas, nulla domus, felici hac inuidia carere debet. Imitentur amplissimos illos patres, qui ante se pręclarè gesserint. Quæ res mehercule etiã in nonnullis rebus, quę ratione ac sensu carẽt apparet. Etenim adamantem magnetis adeò æmulum esse compertum est, vt iuxta positus, ferrum ab eo abstrahi non patiatur, aut abstractum ad se rapiat. Itaq; virtuti fortuna aduersatur, quę semper summos viros persequitur iuxta illud.

*Fortis & ipse quidem, fortior alter adest.*


Quod nisi in Elementis etiam huiusmodi esset conflictatio, nullæ res bonæ procrearentur. Sanctissimos quoq; religionis nostræ viros hoc studio incensos fuisse non rarò legimus. Ioannis Apostoli incorruptam vitam, Egnatius secutus est. Egnatium Polycarpus est imitatus. Basilium Nazanzenus, cuius vitã atq; mores Hieronymus expressit; & vt sacris prophana misceamus, Demosthenes Calistrani Thetoris æmulatione incitatus, omnium Græciæ oratorum princeps habitus est. Quid Aristoteles? qui cum videret Isocratem, magnam sibi dicendo laudem comparasse, tacere se turpè duxit, cœpitq; eloquentiam profiteri, & docere. Ita profectò est nemo, qui verè virtutem sequitur, nisi æmulatione ardeat, quemadmodum minimè verus iudicandus erit amor, nisi metus adsit. Ob hanc causam Philopœmenes Alexandri historiam libenter se audire affirmabat: quoniam ad virtutem accenderet animos. Præclarè Neapolitanorũ Regem Alphonsum Aragonium aliquando dicere solitum legimus se mirificè accendi ad virtutem, & gloriam contemplatione numis-

matum

matum Cæsaris, quibus mirum immodũ oblectabatur. Neq; tamen desunt, qui principes viros ab hoc studij genere abstrahere conantur. Incidi ego aliquando in nugas scioli cuiusdam, qui aiebat se valde mirari, quòd principum nonnulli consideratione numismatũ oblectarentur, animi autem virtutem nequaquam existimarent, putauit homo ineptus in numismatis huiusmodi lineamenta, & oris formam tantummodo inspici cum vno eodem aspectu, præclarissima illorum gesta nobis ante oculos se offerãt. Caueãt ergo Card. ab æmulatione, obseruantes sapientis dictũ, Fili, si te lactauerint peccatores, non acquiescas eis; [a] simulator enim ore decipit amicũ suum, [b] meliora nanq; sunt vulnera diligentis, quam fraudulenta oscula blandientis. [c] Cogitent, quòd multi eos beatos dicunt, à quibus decipiuntur: [d] vnde Dominus Iuda osculo tradis filium Hominis. [e] Non metu eorum, usq; potestatis veritatem occultent, quoniã iram Dei super se ipsos prouocant, magis homines quã Deũ timẽtes, [f] melius est autẽ pro veritate suplicium pati, quàm pro adulatione beneficium accipere, quia æmulantium

a Prou. c. 1.
b Prou. c. 27.
c Prou. c. 27.
d Esai. c. 3.
e Luc. 22.
f 11. q. 3. c. quisquis.

g Aug. sup. Ps. 69. linguæ deuinciũt homines in peccatis.[h] Ideò optent potius à quocunq; reprehendi, quàm
h Aug. lib. 2 c. 1. de Trinitate. ab æmulante laudari.[h] Beati Card. qui nõ adulantur, nec adulatoribus credunt, qui neminem decipiunt, non decipiuntur, neq; malũ
i Hiero. ep. ad Demet. faciunt, nec patiuntur.[i] Non credant laudatoribus, atq; ipsis aures minimè præbeant[k] D.
k Hiern. ad Rust. monacum. Paulus[l] æmulamini dona perfectiora. Sapiẽs
l 1. Cor. 14. beatus, qui non adit consilia impiorum, & in
m Psal. 1. viam impiorum non stetit.[m] Non æmulentur impiè viuentes, quoniam sicut herbæ citò exharescent, neq; cum ipsis concupiscant, mendatia nõ meditetur cor eorum:[n] sic itaq;
n Prou. 24.
o Paul. ad Gal. 4. sequi semper honesta Card. oportet.[o] veh, quando benè vobis dixerint homines, hi sũt murmuratores, queruli iuxta concupiscentias suas ambulantes,[p] osq; illorum loquetur
p Luc. 6. tumida, admirantes personas vtilitatis gratia. Quamobrem fugiant adulationes, assentationes, atq; insidiosarum vulpium astutias, & varias fraudes. Nihil enim vituperabilius rectè sapientibus, quàm viuere ad gloriam, & opinionem plurium, non autem rectam rationẽ vitæ ducem instituere.



## De Seditione A D. D. Cardinalibus Comprimenda. Cap. XXXI.



E Seditione hoc capite tractandum est. Sed populi, & multitudinis est ista, diciturq; quasi seorsum itio, atq; perturbatio publicæ quietis, adeò hæc belua seuire dicitur, vt nullum incendium, nulla pestis sit, quæ magis Reipub. officiat. Itaq; leges etiã in seditiosos grauius animaduertunt. Nota est Graccorum seditio, ibi Tyberio interfecto familiaris eius C. Villius in culeum insutus legitur, quæ pœna tantum ij, qui patrem aut matrem necassent, fuerãt affecti. C. Amatius Cæsare interfecto, quoniam seditio sè plebem concitasset, ab Antonio occisus est, atq; vnco raptatus quasi læsæ maiestatis crimine reus. Postremò in Gemonias proiectus scalas, & me herculè habeat imperitum vulgus exemplum necesse est formidabile, vt

Z sedi-

seditiosos minimè sequi discat. Intereunt n. hoc modo Respub. priuatæ domus deturbátur, nihilq; tàm firmum est, quòd non seditio labefactet; quæ res in causa fuit, vt Populus Romanus in legibus ferendis decem viros creauerit. Numam hæc ipsa coeget, vt leges xij. tab. ex Solonis libris acceptas latinas facerent; & publico decreto cauit Pop. Rom. ne cædes seditiosorum hominum vllo honore afficerentur. Cæterò si secus quis faceret improbum esse ciuem, neq; retinendum in ciuitate, qui multitudinis desiderium ad misericordiam commoueret, aut scæleris imitandi animam significaret. Hinc ciuiles seditiones Cato venenum appellabat. Pindarus autem hybernis tempestatibus easdem comparauit. Propterea quòd nihil acerbis animis, aut discordia, aut tumultu in Repub. agendũ censerent, sed commutatione potius officiorum ciuium animos deuinciri oportere. Quã obrem Varus multos seditiosos Crucis supplicio affecit, quod ex tribus malis bello libidine dominandi, & seditione nullum esse postremò grauius existimaret. Capitolinum Manlium propter huiusmodi facinus è saxo

Tarpeio deiectum legimus. Cæsar in medio armorum ciuilium tumultu incensis animis, seditionis autores securi percussit. At Consul M. Curio in bello Dardanico circa Dyrrachium non modo autores ipsos seditionis, sed integram legionē pœna affecit, vna enim ex quinq; quas habuit ducis imperium detrectauerat, quod expeditio videlicet nimis aspera, & difficilis esset. Itaq; eductis quatuor armatis legionibus, consistere, tum seditiosos omnes spectante armato exercitu, positis armis progredi, & stramenta secare iussit; postridie autem fossam ducere, neq; vnq̃ adduci potuit, vt ipsorum nomen deleret, signaúe submitteret. Deciani quoq; exemplum hîc nullo modo tacendum videtur, is cum Pub. Furium pessimum hominem accusaret, atq; interdicendum de L. Saturnino ob seditionē interfecto questus esset, eam vim habuit seditionis odium, vt homo nefarius alioqui condemnandus statim absolueretur. Quid T. Sextius? qui ob legem agrariam populo acceptissimus, propterea quod eiusdem Saturnini imaginem domi habere compertus esset, pœnam euitare non potuit. & si sacra etiam seru

tari velimus. Siba vir Belial Bochri filius, q̄ causa fuisset dissidij inter Dauidem, & Israelem, populumq́; concitasset, patria pulsus, demum comprehensus etiam pœna capitis condemnatus. Caius Graccus itidem, quã de re Paulo ante dicebamus, Tyberij frater ne viuus caperetur propter concitatam seditioné, tantum sibi terroris iniecit, vt ceruicem seruo præbuerit, à quo occisus est. Multos prætereo consultò breuitati studens L. Saturninum, G. Dolobellam, Saufenum, Labienum, Glauciam, quibus omnibus seditionis exitiũ attulerunt. Cùm enim bellum omne graue, & periculosum, grauius tamen, & perniciosius intestinum esse nemo negabit. Alterum namq; necessarium aliquando, vt in pace viuamus. Alterum semper fugiendum, quoniam calamitates, & ærumnas grauissimas vbiq; afferat. Quòd si tyrannis est maximè fugienda, necessariò etiam seditionem vitabimus. Seditio in naui orta magnoperè formidabilis in Repub. longè magis, propterea quòd quantò maior est hominum cætus, tantò grauius hæc ibi belua grassatur. Causas imprimis seditioni afferunt, cupiditas, & auaritia, quas ple-

runq; diuites in ciuitatem inducunt ipsorum fænore vndè vniuersæ propè Reipub. magnū affertur detrimentum. Nihil est opus, vt dicamus luxuriam quoq; excitare seditionem, cū vel vnico Virginiæ exemplo luce clarius conspiciatur, nota est apud Liuium historia. Raptus Helenę vniuersam commouit Græciam: Sabinarum raptus vtriq; populo periculosus, & grauis. Hippodamia in vxorem denegata Pelopi, & Oenomano Regibus maximum parauit bellum. Prętereamus quęso pulchritudinem Andromedæ, Lauiniam Laurenti filiam, & sexcenta huiusmodi exempla, quæ in hanc sententiam afferri possent, ne tædio lectori simus. Egestatem autem seditionis comitem esse dixerunt veteres. Quamobrem Phaleas in Repub. Carthaginensi, vt facultates inter ciues æquales essent, constituit. Verùm conducat hoc, nec illi iudicent, qui sedent ad gubernacula Reipub. Monebat Pythagoras, vt ab his rebus omninò caueremus, à corporis desidia, imperitia animi, luxuria ventris, seditione ciuitatis, domus discordia, omniumq; rerum intemperantia: sed Card. illis animaduersis, quæ per seditionem eueni-

unt, eam imprimis fugiendam monuerint.
[a] 1. Cor. 11. D. Paulus [a] quùm in vobis contentio, æmulatio, & seditiones sint, non ne carnales estis; vbi seditio, ibi inconstantia, & omnis improbitas. [b] Cùm seditiosis non conuersentur. D.
[b] Iac. 5. Paulus præcitato loco, si quis videtur contentiosus, esse nos talem consuetudinem non habemus. Sedent itaq; iracundiam, & seditiones, non æmulentur, vt improbè agant, quoniam seditiosi, & improbi ab Ecclesia reiciũtur, & funditus peribunt; contra quos Dominus mittet vltionis Angelum.

## De Detractione A dd. Card. Expellenda. Cap. XXXII.



Vlla sanè fuit ætas, nulla natio, nulla disciplina, quę obtrectatoribus caruerit, vt à vetustioribus ordiamur; parens ille, & autor omniũ propè artium Homerus Zoilum, & Sagarin habuit detractores, Hesiodus Cæcropem, & Xenophanem, Thimocreantem Simonides, Amphimenē

Pinda-

Pindarus, Hiperbolum Alcibiades, Pherecidem Thales, Sosibium Anaxagoras, Aristotelem Plato, Clodium Cicero, Carbonem Scipio, Baldum iuris lumen Bartolus; deniq; quot quot vnq; in aliquo genere excelluerūt, inuidia est persecuta; ita vt Alexander Magnus regium esse diceret benefacere, & malè audire. Iuris conf. latius sententiam interpretati, si maledictum, aiunt à leuitate ortum fuerit negligendum, si ab insania misericordia digum, si iniustè prolatum fuerit, remittēdum. Sæpe numero enim linguæ non cohibitæ finē affert infelix aliquis casus. Daphitus grāmaticus, quoniam Regibus obtrectabat à suis ciuibus meritò crucis supplicio affectus est. Nonnulli autem adeò peruerso sunt animo, vt gloriam suam augeri putent maledicendo, quemadmodum ille apud Ephesios qui ignē in templum illud maximè celebratum intulit. Metapontinus Hippasus maleuolorū detractione deterritus, nihil scriptum reliquit perpetuò, propè etiam dum viueret vsus silētio: ita & Pyrrho, & alij complures viri eruditissimi fecerunt. Solet enim genus illud hominum, si quid laude dignum egerint, aut

scrip-

scripserint ansas maledicendi vndiq; quærere, quod est iniquissimum (inquit M. Tullius) bonis prætermissis, canino dente redũt in angulis, neq; foras prodire audent. Aliqui etiam istud publicè faciunt, sed mos illi peculiaris latebras quærere. Mittamus itaq; à consuetudine nostra huiusmodi homines, cum sciamus, vt Plinius ait optima quæq; plerosq; contemnere malle quàm discere. At reperiunt plerunq;, quòd græco habetur adagio similes labris lactucas, neq; enim fieri potest, vt omninò inuidiam euitemus, nisi si nihil scripserimus. Quamobrem Card. non audeant Deo detrahere, neq; Pontifici nostro vniuersæ Ecclesię Principi aut ei maledicere:

[a] Exod. c. 22 — [a] Sint hilari vultu, neq; detractores audiant,
[b] Prou c. 24 — [b] sed caueant à susurro. [c] D. Paulus nunquam
[c] Sap. c. 1. — murmurauerítis, sicut quidam patrum vestro
rum murmurauerunt, & perierunt ab exter
[d] Ad Cor 1 cap. 10. — minatore. [d] quoniam maledicti, nec rapaces
[e] Paul. 1. ad Cor. c. 6 — Regnum Dei possidebunt. [e] Card. detracto
[f] Pau. ad Ro. cap. 1. — res Deo sunt odiosi. [f] Nolit ergo alter alteri
detrahere quia qui detrahit fratri suo, ac illũ
[g] Iac. in ep. cap. 4. — iudicat, legi detrahit, & legem iudicat. [g] D.
[h] In ep. ad Nepot. — Hieronymus [h] caue ne linguam aut aures

habeas

habeas punientes, vt alijs detrahas, aut alios detrahentes audias. De nullo homine malè loquantur, nisi emendationis causa. [i] Magis eorum vitam ornare discant, quàm alienam carpere. [k] Non diligant detractores, quoniam rependè venit perditio tam eius, qui detrahit, quàm eius, qui præbet aurem. [l] Nempè deteriores sunt, qui vitam, moresq; bonorum corrumpunt his, qui aliorum substantias, prædiaq; diripiunt: parceant maledictis, custodiant sermones, non inmemores cuncta, quæ ipsi de alijs loquuntur, sua sententia iudicari. [m] Card. quorum vita cæterorũ exemplar est, quantùm possunt detrahentium sibi ipsis verba compescant." Et Cicero inquit, arbitrari [n] debemus magis esse contrà naturam, hominem homini detrahere sui commodi causa, quàm omnia incommoda subire, &c. Qui fratrem suum criminatur, fraternum odit sanguinem, existimationem eius lædens. Qui clanculum rodit proximum suum, eum persequitur. [o] Plato. cùm quidam ei narraret esse nonnullos, qui ipsum maledictis insectaréntur, At ego, inquit, sic viuam, vt illis non habeatur fides. Non audiant res inanes cogitantes,

i Hieron. in præcit. loco.

k Hiero. ad Celant.

l Hieron. in Ep. 34.

m 6. q. 1. c. ex merito.

n Greg. sup. Ezech. homil. 9.

o Psal. 14.

tes, quòd de omni verbo ocioso, quòd loqui fuerint, in die iuditij rationem reddent, & illud ex verbis tuis iustificaberis; & ex verbis tuis condemnaberis. Card. itaq; non confidant labijs suis, & linguis, ne quid eis intempestiuum accidat; quemadmodum oculus totum volens intueri solem, id etiam quod habet lumen perdit: lubrica enim est lingua, quæ non ratione regitur. Loquantur, quæ decet, & de rebus honestis, non audiant inhonesta, quæq; minimè decet.

F I N I S.

